P. Joannes B. Ferreres S. J.

DE VASECTOMIA DUPLICI
NECNON DE MATRIMONIO MULIERIS EXCISAE

DE VASECTOMIA DUPLICI

NECNON

DE MATRIMONIO MULIERIS EXCISAE

P. Joannes B. Ferreres, S. J.

DE VASECTOMIA DUPLICI

NECNON

DE MATRIMONIO MULIERIS EXCISAE

CUM APPENDICE

DE CASU QUODAM CLINICO

EDITIO ALTERA CORRECTIOR ET AUCTIOR

SUPERIORUM PERMISSU

MATRITI MCMXIII

Administración de RAZÓN Y FE
Plaza de Santo Domingo, 14, bajo.

APPROBATIONES

NIHIL OBSTAT
P. VILLADA, S. J.
(Cens. eccles.)

IMPRIMI POTEST
JOSEPHUS M.ª VALERA, S. J.
Praepositus provinciae Toletanae.

IMPRIMATUR
JOSÉ MARÍA,
Obispo de Madrid-Alcalá.

Est. Tip. «Sucesores de Rivadeneyra», Paseo de San Vicente, 20.

PROOEMIUM

Quae circa gravissimam aeque ac recentissimam quaestionem de vasectomia apud eph. Razón y Fe *diversis in fasciculis scripseram, placuit, correcta magis et aucta, in unum colligere opusculum, eique conjungere, donata latino sermone, quae de alia simili nec minoris ponderis eique connexa quaestione, de matrimonio,* scilicet, *mulieris excisae, in eadem ephemeride vulgi lingua edideram.*

Sic utraque quaestio altera ab altera mutuam lucem accipit, viaque paratur ut clarius introspici possit.

Vix haec duo scripta edita erant apud Razón y Fe, *quum non solum plures ephemerides tam hispanae quam exterae ea suis lectoribus ex toto vel ex parte transcripta voluerunt (v. gr.,* Las Ciencias médicas, Ecclesiastical Review, Nouvelle Revue Theologique, Collationes Brugenses, La Scuola cattolica, Rivista di Apologia Cristiana, *etc.) sed etiam diversi auctores in suis operibus canonicis vel moralibus ea laudaverunt, et conclusionibus adhaeserunt. (Cfr. e. gr.* Ojetti, *Synopsis rerum moralium, vol. 2, col. 2.272, seq.; col. 2.277, seq.;*

vol. 3, col. 4.058; Desmet, *De sponsalibus et matrimonio, n. 276, p. 369; n. 278, p. 375, ed. 2.ª etc.)*

Brevem etiam solutionem, per modum appendicis, adjunximus de casu quodam clinico cum ablatione indirecta tumescentis uteri, quam recenter in eph. Nouvelle Revue Théologique *publici juris feceram.*

Quae omnia quum propter rei gravitatem tum propter materiae difficultatem ac novitatem utilia fore plurimis, theologis praesertim ac canonistis, judicatur, ita ut opusculum veluti complementum adjungi possit cursibus tum Thologiae moralis, tum Juris canonici.

Occasio scribendi de unaquaque ex his quaestionibus suis respective in locis exponitur.

Quotquot hic citantur opera oculis examinavi propriis; doctrina autem physiologica non solum ex optimis deprompta est auctoribus, sed etiam revisioni subjecta peritorum physiologorum ac medicorum, praesertim Doctoris Blanc, viri non minus medica scientia quam catholicae Religionis amore clarissimi.

Faxit Deus ut haec omnia ad tuendam propagandamque catholicam doctrinam magis magisque inserviant.

SECTIO PRIMA

DE VASECTOMIA DUPLICI

ARTICULUS I

De natura et effectibus vasectomiae duplicis.

§ I

Species facti.

1. Ex Statibus Foederatis Americae Septentrionalis haec ad nos delata fuit consultatio:

2. «Hisce diebus legi in aliquibus ephemeridibus in dies magis propagari noviter inventam operationem, quam vasectomiam duplicem appellant, vi cujus canales virile semen deferentes secantur et omnis communicatio cum pene impeditur, ita ut vir qui hujusmodi operationem passus sit, omnes possit operationes sexuales peragere praeterquam quod fecundationis est incapax.» (Vide infra, nn. 85, seq.)

3. «Operatio brevissimo tempore peragitur (5 minutis), non est periculosa, nec multum dolorosa, ideoque absque anaesthesia generali sed sola locali peragi potest, ita ut patiens statim consuetis occupationibus operam suam navare valeat.

4. »Medicus quidam in praefatis ephemeridibus ajebat se jam ultra quadringentas hujusmodi operationes felici successu peregisse.

5. »Hanc operationem praescribit lex in aliquibus Statibus Foederationis sive in poenam criminis violati a nigrita albae virginis pudoris, sive uti *praeventiva*, in quibusdam facinorosis, post medicum examen, propagationis (uti vocant) criminalis instinctus in prolem.» (Vide infra, n. 55, nota.)

6. »Hinc posset quaeri: 1) Vir qui hanc operationem subivit estne ut *vere* et *absolute* impotens in ordine ad matrimonium considerandus? 2) possetne haec operatio permitti Statui in punitionem criminis violationis; vel potius estne licitum Statui adhibere eam in punitionem talis criminis?»

§ II

Quaestionis momentum.

7. Haec quaestio, quod sciam, a nullo adhuc theologo vel canonista (1) attacta fuit (saltem sub respectu *impotentiae)*, quamvis, ut videbimus, ex doctrina ab ipsis alias tradita claram solutionem accipiat.

8. Et eo libentius hanc quaestionem pertractamus, quod etiam in nostra Hispania non defuerint aliquae medicae ephemerides quae hanc operationem laudibus extollant (2), veluti medium aptissi-

---

(1) Haec scribebamus mense Maii 1910, postea intelleximus jam alios de hoc argumento scripsisse. Vide infra, n. 76.

(2) Cfr. *La Tribuna Médica,* Barcelona, 1.° de Febrero de 1910, p. 461-463, ibique artic. *La esterilización de los criminales,* desumptum ex eph. *Revista Sanitaria de Jaén.*

mum ad socialem quamdam selectionem faciendam, vi cujus probis tantum et corpore sanis generatio sit permittenda.

9. Quasi jam tam abjectae de humani generis dignitate ac libertate ideae foveantur, ut pro hominibus non secus ac pro pecoribus selectio illa sit decernenda. (Cfr. infra, n. 82.)

10. Laus non mediocris tribuenda est Doctoribus Castell de Descatllar et Blanc qui has aberrationes in eph. *El Criterio católico en las ciencias médicas* impugnarunt (1).

§ III

Praenotanda.

11. Ut ex physiologia constat, semen unice a testiculis elaboratur quod ad vesiculas seminales (ubi colligitur) defertur per canales (unus in unoquoque testiculo) ideo dictos deferentes. Canalium longitudo est inter triginta quinque ad quadraginta quinque centimetra, diametrum vero inter duo millimetra vel duo cum dimidio.

12. Ut semen sit prolificum debet esse spermatozoidis, quae etiam ab ipsis testiculis conficiuntur, refertum.

13. Vesiculae seminales reperiuntur ad radicem

---

(1) Barcelona, Abril de 1910, p. 97-102, ibique artic. *La esterilización de los criminales.* Haec eph. nunc inscribitur *Las Ciencias médicas (Criterio Católico).*

uretrae, ibique est etiam glandula dicta prostata, a qua parum distant aliae duae dictae *glandulae Cowper.*

14. Aliquando fluit ex uretra liquidum mucosum oriens ex prostata, ex glandulis Cowper et canali uretrali, quod constituit eam quam theologi vocant distillationem. Quando emittitur semen etiam hujusmodi liquidum simul cum semine emittitur.

15. Igitur peracta duplici (i. e., in utroque testiculo) vasectomia, testiculi adhuc retinentur et conficiunt semen quod per membrum virile emitti amplius non potest, quia eorum communicatio cum ipso et cum vesiculis seminalibus est plane interrupta.

16. Sed, quia membrum conservat communicationem cum vesiculis seminalibus, fieri poterit ut in prima vel secunda copula aut pollutione, post praedictam operationem, adhuc emittat verum semen et quidem prolificum, illud, scilicet quod tempore operationis collectum jam erat in vesiculis seminalibus.

17. Pariter quum virile membrum communicationem retineat cum prostata et cum glandulis Cowper, poterit sive in copula sive aliter emittere liquorem illum, qui in distillatione emittitur.

Cfr. *Testut* (L.), Tratado de anatomía humana, cuarta edición (traducción de J. Corominas y A. Riera), vol. IV, p. 805, *seq.; P. Poirier* et *A. Charpy*, Traité d'anatomie humaine (publié avec la collaboration de... *O. Pasteau*, etc.), vol. V, édit. 2, Paris, 1907, p. 341, seq.; *Antonelli*, Medicina Pastoralis, vol. 1, n. 185, *seq.* (edic. 3); *Sapey*, Anatomie

descriptive, vol. IV, p. 571, *seq.* (Paris, 1854); *Bichat*, Anatomie descriptive, vol. V, p. 192, *seq.* (Paris, 1829); *Beclard*, Physiologie, § 390, *seq.*, 396, *seq.* (Paris, 1866); *Vigouroux*, Medicine pratique, vol. IV, p. 5, *seq.* (Paris).

18. Difficultas quoad impotentiam desumitur ex eo quod ille qui duplicem hujusmodi passus est operationem adhuc potest habere copulam sicut antea praeter quam quod verum semen non emittit; praeterea retinet testes, qui adhuc semen et quidem prolificum conficiunt.

19. Quod ergo canales deferentes sint occlusi et interrupti videtur per accidens se habere in ordine ad copulam conjugalem.

20. His igitur praejactis, duplici quaesito per duplicem conclusionem respondebimus.

§ IV

Vir qui passus est vasectomiam duplicem est ipso jure naturali impotens, ideoque matrimonium nec licite nec valide contrahere potest.

21. Ratio est quia hujusmodi vir semen *verum* emittere non potest, ut patet. Jam vero juxta communem doctrinam ad hoc ut vir sit potens requiritur inter alia ut *verum* semen intra vaginam vel saltem ad os ejus emittere possit. *Decretal.*, lib. 4, tit. 15, c. 2; S. Thom., In IV Sent., dist. 34, q. unic., art. 2 ad 1; *Sanchez*, De matr., lib. 7, disp. 92, n. 17, seq.; *Schmalzgrueber*, lib. 4, tit. 15, n. 32, seq.; *S. Alphons.*, lib. 6, n. 1.095; *Villada*, Casus, vol. III, p. 270,

seq.; *Gury-Ferreres*, Comp. Theol. mor., vol. II, n. 856, *seq.*

22. Probatur a pari cum castratis in adulta aetate; hi namque et membrum erigere, et vas muliebre penetrare in eoque liquorem illum, qui per distillationem emittitur, emittere etiam possunt (cfr. infra nn. 90, *seq.;* 121, *seq.);* non secus ac illi qui duplicem vasectomiam passi sunt. Atqui tales sunt declarati omnino impotentes eorumque matrimonia nulla et irrita a Sixto V, Const. *Cum frequenter, 22 Junii 1587* (Bull. Rom. Taur., vol. 8, p. 870). Ergo... In citata enim Const. sic legimus:

23. «Cum frequenter in istis regionibus eunuchi quidam et spadones, qui utroque teste carent, et ideo certum ac manifestum est eos *verum semen* emittere non posse; quia impura carnis tentigine atque immundis complexibus cum mulieribus se commiscent, et *humorem forsan quemdam similem semini,* licet ad generationem et ad matrimonii causam minime aptum, *effundunt,* matrimonia cum mulieribus, praesertim hunc ipsum eorum defectum scientibus, contrahere praesumant, idque sibi licere pertinaciter contendant...

24. »Et insuper considerantes quod ex spadonum hujusmodi et eunuchorum conjugiis nulla utilitas provenit, sed potius *tentationum illecebrae et incentiva libidinis* oriuntur, eidem fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus ut conjugia per dictos et alios quoscumque eunuchos et spadones utroque teste carentes cum quibusvis mulieribus, defectum praedictum sive ignorantibus sive etiam scientibus, contrahi prohibeas, eosque ad matrimonia quomodocumque contrahenda inhabiles auctoritate nostra declares; et tam locorum ordinariis ne hujusmodi conjunctiones de cetero fieri quoquomodo permittant interdicas, quam eos etiam, qui sic de facto matrimonium contraxerint, separari cures, et *matrimonia ipsa sic de facto contracta nulla, irrita et invalida* esse decernas.»

25. Doctrina nostrae thesis clarius adhuc et apertius deducitur ex his verbis clar. *Eschbach,*

Disp. Physiol.-Theol., disp. 2, p. 2, art. 2, n. 2, pag. 151 (Romae, 1901, edic. 2.[a]): «Praeter eunuchos, quibus causa impotentiae, ne intra vas seminent, est ipsius seminis deficientia, *dantur qui testiculis perfectis donati, tamen confectum in iis semen vel nullo modo ejaculare, vel certe non in femineum vas emittere possunt.* Apud illos *impotentiam* causat *interni canalis ejaculatorii vitium, quo fit necessario sperma rursus intra corpus resorberi.*»

26. Item ex his quae tradit *Gasparri*, De Matrim., n. 528, 1.°: «Revera licet eunuchi habeant humorem quemdam aquosum, eumque per hastam erectam in vaginam cum delectatione valeant immittere, tamen hic humor aquosus non solum caret spermatozoidis, uti e. g. in juvenibus, sed non est verum semen, ideoque, actio humana in generatione, idest immissio veri seminis in vaginam, est impossibilis, ac proinde adest non mera sterilitas, sed *impotentia.* Idem dicas *si testes adsunt, sed* non resident loco debito, aut *non habent cum membro virili debitam conjunctionem, ita ut seminis* vel praeparatio vel *conductio fieri nequeat.* Si hoc vitium medicamentis vel sectione, citra periculum mortis, tolli nequit, est impotentia perpetua et absoluta, irritans nuptias, dummodo sit antecedens.»

27. His adde doctrinam praeclarissimi canonistae *Wernz*, Ius. Decretal., vol. IV, n. 342:

«Impotentia in genere est incapacitas viri *vel* mulieris ad *copulam* perfectam *vel* generandi prolem. Porro illa copula dicitur perfecta, quae de *se* est apta ad generandam prolem, quamvis *per accidens* prolis generationem *de facto* non pro-

ducat v. g. in mulieribus jam gravidis vel in viris vel feminis sterilibus v. g. ob provectam aetatem...

»Hinc copula perfecta non habetur, quotiescumque *vir*... potens quidem est ad illam perforationem *mulieris habilis*, v. g. si in aetate adulta utroque testiculo fuerit privatus, at prorsus incapax est, ut intra vaginam effundat *verum* semen virile i. e. in testiculis elaboratum, etsi forte per accidens non *foecundum* sive prolificum.» Et in n. 345, n. 33, inter causas certas impotentiae viri recenset absolutum defectum *conductionis* seminis; nota vero 34 addit: «Nam hujusmodi ἔκτομοι (excisi) non possunt *naturali modo* introducere semen verum in *vaginam* mulieris; castrati vero in utroque testiculo licet quandoque legitimum vas muliebre *perforare* valeant, tamen *verum* semen virile non amplius conficere possunt; ergo in utraque specie istorum eunuchorum deest saltem *unum* ex elementis *essentialibus* ad capacitatem coeundi.»

Cfr. etiam *Leitner*, apud *Santi*, Praelectiones juris canonici, lib. IV, tit. 15, n. 1, nota; *Rosset*, De matrimonio, n. 1389, *seq*. Vide infra, n. 63, seq.

28. **Objiciet** fortasse quispiam senibus concedi matrimonium quamvis semen verum emittere nequeant. Hoc tamen verum non est.

Senes enim verum semen a testiculis elaboratum emittunt quamvis prolificum non sit (cfr. infra nn. 97 sig., 195 sig.). Aliud namque est semen verum non emittere, aliud vero non emittere semen prolificum. Primum pertinet ad impotentiam; alterum inducit tantum sterilitatem.

29. Unde ait *Petrus de Ledesma:* «Ad tertium argumentum respondetur quod matrimonia senum valida sunt, quoniam habent potentiam coeundi, et possunt habere copulam cum seminatione, ut statim dicemus, et semen eorum est ejusdem rationis cum semine aliorum, quamvis ex accidenti non sit prolificum propter frigiditatem accidentalem. Caeterum

eunuchi et spadones isti non possunt habere copulam cum seminatione, nam illud quod isti spadones emittunt non est semen, et *ex natura sua* est maxime sterile, et non ex accidenti.» (De magno sacr. matrimonii, q. 68, art. 1, p. 560: Venetiis, 1595.)

30. Quare si aliquis hujusmodi esset qui verum semen quacumque ex causa emittere jam non posset, nec ad matrimonium jam esset habilis, ut bene notat ipse *Petrus de Ledesma* (De magno sacr. matrim., q. 58, art. 1, p. 563): «Si senes sint ita senio confecti, et exhausti, quod nullo modo seminare valeant, quamvis possint erigere membrum et penetrare vas, non possunt contrahere matrimonium, et si contrahant, matrimonium est invalidum. Hanc conclusionem docet expresse Magister Sotus loco citato, et similiter Sylvester; et Magister Sotus adducit pro ista sententia Panormitanum, Sylvester vero adducit Richardum.»

Idem tenent *Sánchez*, De matr., lib. 7, disp. 92, n. 19, seq.; *Laymann*, lib. 5, tr. 10, p. 4, c. 11, n. 7; *Schmalzgrueber*, l. c., n. 33.

31. Impotentiam vero esse impedimentum *juris naturalis* est hodie sententia communis et certa.

32. Ratio est quia matrimonium jure naturae consistit in mutua traditione corporum *per se* physice aptorum ad copulam conjugalem, seu *per se* aptam ad generationem. Sed qui verum semen emittere non potest nequit tradere corpus *per se* aptum ad talem copulam. Ergo deficit contractus in re quae ex jure naturae est essentialis contractui. *S. Thom.* in IV Sent., dist. 34, q. unic., art. 2 ad 1; *Sánchez*, De

matr., lib. 7, disp. 98, n. 1, seq.; *Schmalzgrueber*, l. c., n. 66; *S. Alphons.*, lib. 6, n. 1.095; *Rosset*, De matr., n. 1.410; *Santi-Leitner*, lib. 4, tit. 15, n. 9, seq.; *Wernz*, l. c; *Gasparri*, De matr., nn. 526, 527; *Gury-Ferreres*, l. c.

§ V

Vasectomia duplex est operatio prorsus illicita (excepto forte casu infirmitatis, quo necesaria sit, v. gr. ad salvandam vitam infirmi), *nec in poenam imponi potest.*

33. I. Ratio praecipua inde desumitur quod per talem operationem motus venerei non auferuntur, imo potius augentur; et aliunde, ut supra probatum est, talis vir nequit contrahere matrimonium. Ergo obligatur ad coactum caelibatum et conjicitur in necessitatem moralem peccandi.

34. Coactus caelibatus hujusmodi est quod nulla lege naturali nec divina positiva praecipiatur.

35. Diximus appetitum venereorum non minui tali operatione sed augeri. Etenim in viris perfecte sanis generatim abundantia seminis hos motus excitat, a qua abundantia solet natura ipsa hominem non semel exonerare per pollutionem physiologicam uti vocant, per eam scilicet quae in somnis (1) acci-

(1) «Hanc juvenes post annos pubertatis patiuntur et caelibes, quo tempore natura semen producit. Statis temporibus ejusmodi seminis ejectiones redeunt; tempora autem pro hominum diversa constitutione diversoque vivendi genere variant; in aliis semel, in aliis etiam bis in hebdomada, in aliis

dit, ideoque nocturna dici solet, et per quam illae tentationes mitigantur. Haec vero exoneratio in iis qui duplicem vasectomiam passi sunt accidere nequit ut patet ex dictis n. 15, et praeterea qum careant etiam medio legitimo matrimonii, in perpetua seminis abundantia vitam ducere coguntur sine ullo medio legitimo sedandi concupiscentiam.

36. In ipsis a fortiori accidit quod de castratis in adulta aetate docet Eschbach: «Quia satiativae venereae delectationis apicem, qui in ejaculatione seminis consistit, amplius non attingunt, neque actus venereos stricte consummatos admittere valent... in summam voluptatem frustra tendentes, continua libidine torquentur. Unde veterum effatum: «Unquam auditum non est, quod aliquis eunuchus fuisset bonorum morum», quod tamen cum grano salis est accipiendum. Ita autem minime se habent qui eunuchi nati sunt aut in teneris annis testibus fuerunt orbati. «In hujusmodi, ait D. Roubaud, le sens genital est mort»; neque de venereis ideam habent.» *Eschbach*, De novo quodam sterilitatis conceptu, p. 58; Disp. physiologicae, disp. 2, p. 2, c. 1, art. 2, n. 1, p. 150; et apud *Analecta eccl.*, vol. 19, p. 384.

37. Etiam in libro inscripto «De perfecta virginitate» qui recenseri solet inter opera Sancti Basilii

---

vix semel in mense pollutio nocturna accidit.» *Noldin,* De sexto praecepto, n. 31 (edit. nona, 1907).

«La *pollution naturelle* est l'émission spontanée involontaire du sperme qui se produit chez tous les hommes depuis la puberté jusqu'à la vieillesse à des époques variables, plus ou moins fréquentes et parfois comme périodiques.» *Surbled,* Célibat et mariage, lib. 1, c. 9, p. 67 (Paris, 1900).

(quamvis ipsius non sit) quique scriptus est saeculo IV (Cfr. *Migne*, P. G., vol. 30, col. 667, seq.), legimus:

«Jam qui solos testes abscindunt, cum eorum genitalia membra ad statum virilem et ad coeundi facultatem pervenere, ipsos ajunt acrius ac impotentius ad concubitum concitari, nec illos concitari modo, verum etiam citra periculum, uti ipsis videtur, obvias quascunque *(feminas)* corrumpere. Dicunt enim poros, resectis inferius testiculis qui a lumbis ac renibus reliquo genitali membro semen administrant, post resectionem superius oppilari, fervente vero in renibus libidine, atque ita semen in modum spumae exagitante, virum ad ejiciendam genituram incitari, eumdemque, cum semen ebulliens effundere non queat, eo quod ad coitus actum sibi servavit, armari. Ubi autem semel testium castrationem illecebram ad fallendam mullierem astute effecit, intemperantius ei commiscetur. Vir quidem qui naturae est integer, testiculis a superna parte genituram excipientibus, indeque eam spargentibus, mox semine elapso, resolutaque concupiscentia, interquiescit: sed qui non habet unde id quod titillat, evacuet, vix impetum remittit, quoad, ut ferunt hujusce rabiem fatigatio solvat. Neque id solum naturae ratio, sed etiam experientia saeculo nostro testata est: quemadmodum mihi vir quidam venerabilis, et canitie ac moribus senex de muliere, quae exomologesim apud eum fecerat, enarravit. Ajebat enim mulierem sibi dixisse, eunuchum, cui a viro sive a domino concredita fuerat, impudice secum commisceri solitum. Ac audacior, ajebat, ad flagitium erat, quod partum, utpote eunuchus, non timeret.» *Ibid.*, col. 795. Vide etian *Cassianum*, Coll. XII, c. X (apud *Migne*, P. L. vol. 49, col, 889). Cfr. infra, n. 125, ibique doctrinam Sancti Joannis Chrysostomi, et Doctoris Blanc.

38. Nec dicas hanc operationem saltem **in hominibus jam conjugatis** fieri posse in poenam, quoties crimen eam mereatur: etenim, ais, tunc probabiliter hujusmodi homines uti possunt matrimonio, cum etiam de perfecte castratis post conjugium, id admittant auctores. Cfr. *Cajetanus*, in 2,

q. 154 a. 1.; *Navarrus*, Manuale, c. 22, n. 6; *Toletus*, Instruct. Sacerd., lib. 7, c. 16, n. 4; *Sánchez*, l. c., disp. 102, n. 7; *Laymann*, Theol. mor., lib. 5, tr. 10, p. 4, c. 10, n. 3; *D'Annibale*, vol. III, n. 470, nota 13; *Noldin*, l. c., n. 61; *Gurry-Ferreres*, l. c., vol. II, n. 856. Quamvis totum hoc concedatur, saltem ille vir conjicitur in coactum caelibatum pro casu quo uxor ipsi praemoriatur; quod etiam injustum ac contra bonos mores est (1).

39. II. Praeterea ex hac operatione forte creatur **periculum pro uxore** quoad sanitatem et etiam pro ipso marito; nam copula haec copulae castrati vel etiam copulae onanisticae aequiparatur, de quibus dicunt auctores magnum foeminae afferre periculum nec leve pro viro (2): «Coitus sterilis, si

(1) Etiam sapientissimus P. *Lehmkuhl* in epistola ad nos data, die 20 Julii anni 1910 vasectomiam damnat, et attenta ratione hic. n. 33, *seq.*, allata, quod per talem operationem, «non solum non minuitur libido, immo multum augetur atque homines in gravissimas tentationes conjiciuntur», scribit: «Quare non puto licere auctoritati publicae *hanc* mutilationem cum tam tristi sequela in poenam imponere. R.ª V.ª certe quaestionem istam de vasectomia, completura est in sequenti fasciculo. Certe eam sub aliis respectibus condemnabit, cum ejus condemnabilitas ex aliis rationibus mihi videatur longe evidentior quam sub respectu poenae, de qua sola mihi videbatur difficultas moveri posse.»

(2) Quod copula castrati potentis penetrare vaginam aequiparanda sit copulae vasectomiaci probatur inferius, nn. 90, seq.; 121, seq.

Quod autem copula castrati afferat incommoda copulae onanisticae vide apud *Ojetti*, Synopsis, vol. II, col. 2.237 seq.; *Eschbach*, De novo quodam sterilitatis conceptu, l. c. p. 58, 59. Idem videtur erui ex Const. citata Sixti V, quum dicit ex tali copula nullam oriri utilitatem «*sed potius tentationem illecebrae et incentiva libidinis*» cfr. n. 24. Vide etiam dicta n. 36, et 37.

diutius pergitur, valetudinem foeminae atque etiam viri paulatim commovet» ait medicus *Capellmann*, Medicina pastoralis, p. 134 (Aquisgrani, 1890).

40. Ita doctissimus medicus *Surbled* hos exprimit perniciosissimos effectus: «Les pratiques onanistes ont le plus pernicieux retentissement sur le système génital de la femme: nul ne cherche à le contester. Les excitations répétées de l'utérus, sans conclusion naturelle, amènent les troubles les plus graves de cet organe (métrites, déviations, tumeurs, cancers, etc.). D'autre part, la vie purement sensuelle, privée de repos et de détente, ébranle à la longue le système nerveux de la femme et la conduit aux troubles variés de l'hystérie et quelquefois aux désastres de la folie. Le sinistre bilan de l'onanisme, au point de vue purement médical, n'est pas encore entièrement établi, mais on le saura un jour: il est formidable.» *Surbled,* Célibat et mariage, p. 191 (Paris, 1900).

41. Ratio est quia seminatio viri est veluti naturale complemetum conjugalis copulae, quo deficiente, manent irritata organa foeminea.

42. Etenim, ut ajunt medici Dres. *Grimaud de Caux* et *Martin Saint-Ange* (Hist. de la génération, p. 317, édit. ann. 1847) «quand tous les ressorts organiques ont été ainsi tendus au plus haut degré, on supprime tout à coup l'élément qui devait servir de point d'appui et de résistance; on fait agir tout cet ensemble des forces les plus précieuses de l'animalité dans le vide. C'est un leurre dont la nature doit être mal satisfaite, et la nature souffre rarement

qu'on se joue d'elle avec impunité.» Apud *Eschbach*, l. c., disp. 5, p. 574.

43. Unde ait medicus Dr. *Bergeret:* «Les fraudes génésiaques peuvent provoquer chez elle *(la femme)* toutes les maladies de l'appareil générateur, depuis la simple inflammation jusqu'aux dégénérescences, aux désorganisations les plus graves.» Apud *Eschbach*, l. c., p. 573.

44. Similiter alii medici describunt incommoda copulae sine viri seminatione intra vas: «Il n'est point difficile de concevoir le degré de perturbation qu'une semblable pratique doit exercer sur le système génital de la femme en provoquant des désirs qui ne sont pas satisfaits. Si, à la fin de l'orage vénérien, l'organe n'est pas rafraîchi par le contact du sperme, l'orage n'est pas apaisé. Il se passe alors ce qui aurait lieu, si présentant des aliments à un homme affamé, on les retirait brusquement de sa bouche après avoir ainsi violenté son appétit.» (DD. Devay, Bergeret, Mayer, etc.) apud *Eschbach*, Disp. 2, c. 3, p. 193, nota.

45. Haec incommoda tam pro femina quam pro viro ita describuntur ab *Antonelli* (medico ac sacerdote) in praedicto opere Medicina Pastoralis, vol. II, n. 236, edit. 3.ª, Romae, 1909:

«Haec praxis, quoad *valetudinem conjugum* plurimorum itemque gravium est ferax malorum... In copula totum mulieris organismum adeo est excitatum et omnes ejus vires ad hoc tantum sunt ordinatae, ut omnes conditiones adsint requisitae ad novam creaturam generandam. Systema enim nerveum maxime exaltatur, circulatio sanguinis ac respiratio celerior fit et uterus, sicut cetera genitalia, majore sanguinis

copia irrigatur; quae omnia non parum conferunt ad generationem. Peracta rite jaculatione, irritatio genitalium perfecte sedatur, uterus haurit semen, systema nerveum ad pristinum statum redit... Si ergo ex parte utriusque totum organismum valde exaltatum est ob naturam copulae, quum plenitudo voluptatis mox secutura sit, retractio fiat, excitatio illa producta nullo modo minuitur, immo fortior evadit, et idem evenit, quod viro famelico diuturna inedia, cui, cum cibum capturus sit, cibus statim auferatur. Vir extra vas effundit et contentus ex parte sui putatur; mulier vero, maxima potest sibi cumulare incommoda ac gravissimos morbos, praesertim si actus onanisticus saepe renovetur. In primis, insatisfacta libidine, in muliere notantur tensio ac magna irritabilitas nervorum, defatigatio virium et universalis corporis debilitatio. Affluxus ille sanguinis in utero, cum suo fine frustratur, multos potest afferre morbos, quales sunt inflammationes in organis generationis internis ac externis, catarrhus uterinus, haematoceles (quod oritur, cum sanguis e laceratis canalibus cum utero non communicantibus, aliquo loco sistit, ibique coagulationem patitur, tumorem efformando), ulcera, metrites, quae secum fert aliquando peritonitem, ovariorum aegritudines et cetera omnia mala uterina, quae in praesenti tam frequentia sunt, ut auctor quidam saeculum nostrum appellare potuerit *saeculum morborum uteri.*

»In viro vero pollutiones involuntariae, uretrites, morbi prostatae, vesiculae catarrhi, satyriasis et aliquando mors, non raro habentur causa onanismi.

»In utroque sexu accedunt macilentia, neurosis, cordis palpitationes, hypocondria, sterilitas et impotentia, et aliquando mors repentina per apoplexiam. In scelere onanistico pejores effectus, quoad valetudinem, ad mulierem spectant.» Alia omittimus.

46. III. Aliunde probatur etiam hanc operationem esse graviter illicitam eo quod constituat **gravem mutilationem** (cfr. *Scotus* in IV Sent., dist. 15, q. 3, n. 4), et homo non habet dominium in propria membra, nisi in quantum hoc sit necessarium ad vitam salvandam, etc. Jam vero nec societas habet tale dominium ideoque hujusmodi poenam imponere nequit nisi in quantum hoc sit necessarium ad

bonum societatis. Atqui non est necessarium neque pro ipsius delinquentis emendatione qui non melior efficietur, sed pejor (cfr. dicta, nn. 36, 37); et aliunde adsunt alia media ad hominis correctionem obtinendam. Vide infra, n. 121, seq.

A fortiori nec est necessarium pro filiis (ne scilicet liberi, facinorosi futuri generentur) quum a parente vitiis infecto filii optimis virtutibus praediti procedere possint, si recte ad bonos mores informentur.

47. Haec igitur debet esse cura societatis, rectam puerorum institutionem promovere ac totis fovere viribus.

48. Praeterea propensiones sive vehementes inclinationes tam ad bonum quam ad malum non solent se protendere in eadem familia ultra quintam generationem. Ergo non debent media adhiberi quae reddant generationem perpetuo impossibilem. Cfr. Drem. *Blanc*, l. c., p. 102. Vide n. 59.

49. Quod vero vasectomia duplex constituat gravem mutilationem evidens nimis est ex ejus effectibus, ut patet ex dictis nn. 20-37 quoad functiones a quibus privat vel quas graviter perturbat.

§ VI

Objectiones.

50. Quod si quis objiciat graves auctores, inter quos S. Alphonsus, lib. 3, n. 374, admittere uti licitam puerorum castrationem ad suavitatem vocis conservandam ipsis pueris consentientibus, respon-

debimus: praeter quam quod id hodie illicitum ab omnibus fere judicatur (S. Thom., 2, 2, q. 65, a. 1; *Lugo*, De just et jure, disp. 10, n. 23; *Bened. XIV*, De Synodo, lib. 11, c. 7, n. 3; *Bucceroni*, vol. 1, n. 714; *Génicot*, vol. 1, n. 363; *Noldin*, De praeceptis, n. 328; *Palmieri* apud *Ballerini*, Opus morale, vol. II, n. 874 (edit. 2); *Lehmkuhl*, vol. 1, n. 734; *Gury-Ferreres*, vol. 1, n. 391) magnum esse discrimen inter castrationem puerorum et adultorum (cfr. dicta, n. 37) quum in illis facta castratione sensus venereus omnino extinctus pro tota vita remaneat; in adultis vero tentationes contra castitatem potius augerentur.

51. «Eunuchi nati vel ante pubertatem exsecti, nunquam venerem experti sunt» ait *Zacchia*, lib. 1, tit. 3, q. 9, n. 24, p. 201.

52. De adultis vero ait: «alii autem et ad venerem stimulantur, et eam valide exercent, unde illud in Ecclesiastic., 20, vers. 2. Concupiscentia spadonis devirginabit juvenculam». *Zacchia*, lib. 2, tit. 3, q. 9, n. 13, p. 200.

Similiter scribit *Terentius:*

At pol ego amatores audieram mulierum esse eos maxumos,
Sed nihil potesse.
(In Eun. Act. 4, scena 3: Edit. *Lemaire*, vol. 1, p. 222.)

Cfr. etiam *Le Dentu*, Des anomalies du testicule (Paris, 1869, p. 97, 98).

53. Nec dicatur hanc operationem licitam esse si a lege praescribatur. Hujusmodi enim praescriptiones leges non sunt, sed imperata oppresiva qui-

bus jus naturale violatur. Lex nulla dari potest nisi sit ordinatio rationis; ordinatio vero rationis non est illa quae cum ipsa ratione et cum jure naturali pugnat. Jus autem naturale unicuique dominium proprii corporis assignat, in ordine ad actus licitos generationi necessarios.

54. Forte opponat nonnemo statum posse in criminosos homines poenam capitis decernere, quod est magis, ideoque etiam posse quod minus est, vasectomiam scilicet, imponere, quamvis gravem mutilationem, eam velis dicere. Haec si quis objiciat, nihil concludere poterit: Status quidem jus habebit in casu sive mortem decernere, sive aliquam gravem mutilationem, non autem eam quae hominem impellat ad peccata contra castitatem.

55. Romani, inquies, hac poena (1) saltem de

---

(1) Consilium mulctandi poena castrationis eos praesertim qui contra pudorem gravia crimina attentaverint, pluribus ab hinc annis aliqui sive lucrum sectantes sive parum recte sentientes proposuerunt, ut testatur *Surbled:* «Certains savants, désireux d'étendre leur champ opératoire comme celui de la castration masculine, se sont joints à des moralistes à courte vue pour réclamer une réforme des lois pénales: ils ont proposé d'appliquer cette opération à titre de peine à plusieurs catégories de criminels et particulièrement aux coupables de viols et d'attentats à la pudeur.» Célibat et mariage, l. c., p. 211.

Praxis vero criminosis hominibus imponendi vasectomiam ut poenam primo admissa fuisse videtur in Statu Foederato *Indiana,* postea vero in statibus Connecticut, California, Utah.

Lex in Indiana lata 10 Febr. 1910, ita se habet juxta Gemelli (La Scuola Cattolica, Nov. 1911, p. 399): «Cum haereditas sit unum ex elementis quod maxime confert ad transmittendum in posteros delinquentiam, idiotismum atque imbecillitatem,

facto mulctarunt non semel deprehensos in adulterio. Cfr. *Valerium Maximum*, Factorum dictorumque memorabilium, lib. 6, c. 1, n. 13 (edit. *Lemaire*, vol. 1, p. 419); *Martialem*, lib. 2, epigr. 60, edit. *Lemaire*, vol. 1, p. 229; *Horatium*, Satirarum, lib. 1, sat. 2, v. 45, 46 (edit. *Lemaire*, vol. 2, p. 18, 19).

Sed agitur de paganis. Imo Domitianus: «Castrari

Conventus Generalis reipublicae Indianae decernit, vi hujus legis, quodlibet institutum reipublicae, cui demandata sit custodia eorum quos certo constat esse delinquentes, idiotas imbecillesve, teneri ad eligendos, praeter collegium ordinarium medicorum, duos chirurgos doctos et in re peritos, qui debeant, una cum medico instituto praeposito, experimento subjicere adjuncta mentalia et physica eorum quos ad id ipsis exhibuerit consilium directivum. Quod si ab hujusmodi collegio procreatio in casu non expedire censeatur, neque adsit probabilitas quod in futuro adjuncta physica et mentalia pro aliquo melius se habeant, tunc chirurgorum officium est eam exequi operationem, quam opportuniorem, securiorem et efficaciorem habebunt ad procreationem impediendam. Quae tamen operatio non perficietur nisi morbus insanabilis aestimatus fuerit.» «Lex lata in Connecticut, prosequitur *Gemelli*, magis est elaborata et diligentius perpendit officium eorum quibus aliquis pro examine subjicitur, ut judicium ferant de opportunitate exequendae vasectomiae. Insuper adest comma, in quo statuitur quod «quisquis, iis exceptis quibus a lege est demandatum, perficit, suadet, adjuvat vel alia quacumque ratione promovet executionem alicujus ex dictis operationibus, ut destruatur in aliquo potestas procreandi, sicut etiam quisquis scienter permittit ut hae operationes perficiantur in viris defectivis, praeter casus in hac lege descriptos, is punietur...» Ita etiam *Gemelli*, l. c., qui praeterea addit: «Neque in America tantum, sed in Anglia, in Gallia, in Suedia, in Helvetia quaestio diu est agitata apud ephemerides medicales, in quibus praevalet opinio quod similes leges sint ubique promulgandae. Et placuit ea sententia legislatoribus magni nominis sicuti et iis qui rebus socialibus studendis incumbunt.» *Ibid.*, p. 400.

mares vetuit» ut scripsit Suetonius, cap. VII, in Domit (edit. *Lemaire*, vol. 2, p. 394). Cfr. etiam *Martialem*, lib. 6, epigr. 2.

Corollarium.

A fortiori illicita dicenda est vasectomia si non ut poena, sed libere ad alios effectus adhibeatur.

56. Ergo si in criminis poenam haec operatio imponi nequit, a fortiori nec licita erit praecise ad impediendam delinquentium qui jam alias puniti sint, aut hominum morbo infectorum, propagationem. Nemini enim licet alios privare jure matrimoniali, aut eos impellere ad usum matrimonii illicitum, aut ad peccata contra sextum decalogi praeceptum.

57. Mirum sane est nostris temporibus ubi jura hominum passim ultra modum extolluntur et humana libertas et hominum aequalitas ab omni oppressione vindicanda proclamatur, imo Ecclesia ipsa catholica uti libertatis inimica per summam injuriam traducitur, esse qui velint homines liberos eo jure ad matrimonium et ad legitimam sui propagationem privare quo nec ipsa vilissima mancipia privari posse semper propugnavit Ecclesia.

58. Quid si proles infirmitatibus aliisque humanis calamitatibus nascatur obnoxia? Etiam tunc aeternae felicitatis compos esse poterit, non modo si, baptismate suscepto, ante adeptum usum rationis temporali vitae valedixerit; sed etiam si diu multumque vivat, quum Deus fidelis sit gratiamque

donet abundantiorem ut per multas tribulationes in regnum Dei, illi praesertim qui in hac vita calamitatibus concutiuntur, ingredi possint. Cfr. *S. Thomam*, Suppl., q. 64, a. 1 ad 4.

59. Igitur Status non majus habet jus ad impediendam propagationem hominum insanabilibus infirmitatibus afflictorum, quam ad eos occidendos; sed, e contra, sive quoad hos sive quoad ejus filios, si nascantur, caritatem et humanitatem exercere debet.

Et quoad ipsas infirmitates, v. gr. amentiam, notandum est quod adest fere tanta probabilitas pro non transmissione quam pro transmissione ad filios; quae probabilitas pro non transmissione augetur in subsequentibus generationibus ut observat ipse Dr. Blanch (1).

---

(1) «Por medio del coeficiente llamado de correlación se mide hoy en los laboratorios de biometría la influencia de la herencia. Estimando por 1 (la unidad) la perfecta correlación, ó sea la relación de causa á efecto, se observa que el promedio de la transmisión de los caracteres del padre al hijo no pasa de 0,49, y en cuanto al coeficiente de correlación de la locura de padres á hijos no excede de 0,53. Lo cual quiere decir que hay un 47 por 100 de probabilidades de que los hijos de padres que han sido locos serán cuerdos. Además el coeficiente de correlación va disminuyendo á cada generación. Así el color de los ojos, que de padre á hijo da un coeficiente de 0,49, de abuelo á nieto sólo da un 0,32 y de bisabuelo á biznieto un 0,19. (Véase *Nature and Nurture* by Karl Pearson, London, 1910, p. 24, y *The relative Strength of Nurture and Nature* by Ethel M. Elderton, London, 1909, p. 14.)

»De todo lo cual se deduce que el argumento de la herencia no tiene tanta fuerza como se ha querido suponer para legitimar la vasectomía.» *(Las Ciencias médicas,* 1912, p. 112.)

60. Ad summum, si infirmi alios per contagionem inficere possint, jus habebit Status, aut forte officium, illos ab aliis segregandi, non autem poterit eos jure conjugii privare, nec impedire quominus, altero conjuge consentiente, legitimo thoro utantur, ac proinde nec contra ipsos, sive consentientes sive dissentientes vasectomiam decernere.

61. Licitane erit talis operatio consentiente ipso viro in quo peragitur?

Etiam tunc uti graviter illicita reprobanda est, 1.° si ideo eam quis quaerat ut matrimonio legitime jam contracto uti possit absque timore filios procreandi, prout est nimis apertum, omnesque id dicunt de foemina cui ideo ovaria amputarentur; 2.° a fortiori si de soluto agatur qui castitatem servare non intendat; 3.° etiam si id pati vellet qui ex voto aut ex statu suo teneatur et velit castitatem servare, nam dominium in propria membra non habet, et haec operatio potius auget tentationes contra castitatem quibus nemini licet se exponere absque gravissima causa.

62. Dr. O'Malley asserit esse casus erethismi sexualis ita vehementes ut qui hoc afficitur morbo, nisi vinculis constringatur, esset fere semper in actibus repetitis masturbationis. Unde ne pereant consulenda vasectomia, quae hoc in casu evidenter, ait, esset licita.

Opportune tamen notat Dr. Blanc neque hoc in casu videri licitam vasectomiam nisi haec duo concurrant, scilicet, certo constare ex experientia facta illam excitationem non posse sedari aliis remediis,

quae plura habet medicina, et adhibito etiam consilio plurium medicorum; 2.° talem esse affectionem ut sedatione non obtenta infirmo sit mortem vel gravem morbum adductura. Quae duo vix umquam credit concurrere posse (1).

---

(1) «Para que el cirujano pudiese proceder con conciencia tranquila á la sección de los conductos deferentes han de concurrir, á nuestro entender, dos circunstancias de que no habla el autor. 1.ª El haberse hecho uso de todos los medios sedantes que proporciona el arsenal terapéutico para calmar el eretismo sexual del enfermo, y no haber obtenido resultado con ninguno de ellos. 2.ª La certeza de que la excitación no calmada ha de conducir á la muerte ó á una grave enfermedad. Certeza ésta que deberá haberse obtenido por todos los medios de diagnóstico y de pronóstico, de que dispone la ciencia, y por la consulta con otros médicos de reconocida competencia.

»Estimamos difícil que puedan presentarse estas dos circunstancias, ya que raro ha de ser que por el régimen, por los bromuros, los baños tibios y, si preciso fuere, por los eméticos, los revulsivos, las inyecciones intrarraquídeas y por las sangrías generales ó locales no podamos dominar las crisis pasajeras; y claro es que cuando esto ocurra no habrá lugar á hablar de la segunda circunstancia. Pero aun en el caso de fracasar todos los medios de sedación, prevemos va á ser difícil obtener la seguridad completa de que el enfermo ha de morir á consecuencia de su eretismo sexual, ó ha de contraer con él una grave dolencia.

»Opinamos, en resumen, que el único caso en que admite O'Malley como lícita la vasectomía doble se ha de presentar con mucha dificultad». *(Las Ciencias médicas,* 1912, p. 109, 110, nota.)

§ VII

Graviter illicita etiam est vasectomia, quamvis effectus ipsius reparari posse dicantur.

63. Sunt qui dicant canales deferentes iterum posse post duplicem peractam vasectomiam redintegrari, ita ut denuo emissio seminis obtineri possit. Cfr. infra, nn. 115 seq., 144 seq., 218 seq.

64. Verum in hac hypothesi quamvis doctrina de invaliditate matrimonii post vasectomiam contracti, ex parte esset corrigenda, nihilominus ipsa operatio etiam omnino illicita demonstraretur. Aequivaleret enim mediis illis quibus pro lubitu scelerati plures utuntur ad impediendam generationem.

Igitur toto eo tempore quo effectus vasectomiae non corrigerentur, haberentur omnia incommoda quae supra memoravimus.

65. Praeterea sive adhibeatur ut poena sive ut medium vitandi generationem prolis infirmitatibus obnoxiae, esset medium plane inefficax, quum in cujusque potestate esset se a tali impedimento liberare. Certe ex mente eorum qui vasectomiam imponunt sive ut poenam sive ut medium impediendi propagationem, est medium ex se perpetuum.

66. Quoad *validitatem* matrimonii post ipsam contracti, aliquantisper doctrina tradita erit moderanda quia si redintegratio certo obtineri possit absque *vitae periculo*, tunc matrimonium erit validum quidem (cfr. Decretal, lib. IV, tit. 15, c. 3 et 6),

sed ejus usus erit *certe* illicitus donec redintegratio de facto habeatur.

67. Si dubium sit an redintegratio obtineri de facto possit necne, etiam dubius erit valor matrimonii, nec usus erit licitus donec de facto redintegratio obtineatur. Quod si facta operatione restitui communicatio non possit, nullum declarabitur matrimonium, et vir ut perpetuo impotens a matrimonio excluderetur.

68. Imo illis qui legitimo conjugio ligati erant antequam vasectomiam paterentur non liceret uti conjugio nisi postquam redintegratio de facto obtineretur. Tunc enim, ut dictum est, vasectomia aequiparanda esset mediis illis onanisticis (involucro, spongiae, etc.) ad impediendam generationem aliquando a pravis hominibus adhibitis. Cfr. *Gury-Ferreres*, vol. II, n. 922, Dico IV; *Capellmann*, p. 133, 136; *Génicot*, vol. II, n. 549.

N. B. Quoad medicum ipsum, planum est ipsum posse perficere operationem in casibus (si dentur) in quibus operatio putetur necessaria ad salvandum vitam infirmi vel ipsum a gravissimo morbo liberandum, vel etiam quando quis licite consentit ut sibi fiat, v. gr., si quis damnaretur a judice ad mortem subeundam et illi daretur electio inter mortem et vasectomiam: sicut enim hic licite potest eligere vasectomiam ad servandam vitam, ita medicus potest eam perficere, quamvis Status *per se* ageret illicite.

Quid vero in casibus in quibus Status imponat vasectomiam, v. gr. ad praecavendam propagatio-

nem hominum qui morbo affecti sunt? *Per se* operationem peragere medicus non potest; si tamen ille morbo affectus privandus esset perpetuo sua libertate usuque conjugii nisi vasectomiam subire vellet, videtur hic etiam posse eligere vasectomiam ut minus malum, quam esset perpetua amissio libertatis, et conformare se legibus vel praeceptis publicae auctoritatis, ut se redimat ab injusta et gravissima vexatione; et consequenter etiam medicus, illo postulante, operationem posset peragere, praesertim si secus gravissima ab ipso medico essent incommoda subeunda, v. gr. amittere munus officiale a quo forte pendeat ipsius et familiae sustentatio.

§ VIII

De possibilitate vel impossibilitate reparandi effectus vasectomiae.

69. Sed revera canalis deferentis redintegratio potestne obtineri post vasectomiam peractam? Hoc asserunt profecto aliqui theologi, sed idoneam auctoritatem qua id probent afferunt, quod sciam, nullam.

70. Nos vero hac de re clarissimorum medicorum sententias duximus exquirendas, qui omnes fere pro impossibilitate, saltem post longum tempus a peracta operatione, judicium ferunt. Ita omnino clariss. medicus Barcinonensis Dr. Isidorus *Pujador* suo et plurium professorum Universitatis Barcinonensis nomine, quorum sententias ipse, nostro rogatu, exquisivit.

71. Ita etiam clariss. Dr. Josephus *Blanc et Benet* qui in epistola nobis data, die 28 Jul. hujus anni 1910, haec scribit:

72. «El conducto deferente... tiene un diámetro reducidísimo... (1). Una vez cortado este conducto, se formará en cada uno de los extremos ó cabos que resultan un tejido cicatricial que inutilizará y alterará á buen seguro la constitución y estructura del mismo conducto en un buen trecho del mismo. Cuanto más tiempo pase de la época de la vasectomía, más alterados deben quedar los cabos del mismo conducto. De suerte que al cabo de un cierto tiempo ha de ser imposible al cirujano encontrar rastro del mismo conducto entre los demás tejidos; todo lo más, si no fuere tan escaso el calibre, hallaríase un cordón duro impermeable de tejido cicatricial, y por lo mismo no habría posibilidad absoluta de volver á poner frente á frente los dos cabos antes divididos del conducto.

73. »Y esto ocurriría aunque el conducto fuese de mayores dimensiones. Con el calibre escasísimo que tiene ha de ocurrir forzosamente, á mi ver, que,

---

(1) Circa diametrum canalis deferentis haec habet *Sapèy*, l. c., p. 614, 615: «Son diamètre... mesure en général de 2 millimètres à 2 millimètres et demi. Je l'ai vu quelquefois dépasser à peine 1 millimètre... l'épaisseur de ses parois... mesure 1 millimètre, tandis que le diamètre de sa cavité ne présente en moyenne que le tiers de cette étendue.» Ita etiam *Testut*, l. c., vol. IV, p. 859, 863; *Pasteau*, Traité d'anatomie humaine, publié par *P. Poirier et A. Charpy*, vol. V, p. 305, édit. 2, Paris, 1907. Igitur vix ad dimidium millimetri pertingit diametrum *lucis* sive cavitatis canalis deferentis.

una vez seccionado, ha de ser casi imposible de volver á obtener la coaptación de los segmentos, sea cual fuere el tiempo transcurrido desde la vasectomía. Es más: tengo para mí que, aunque se encontrase un cirujano bastante hábil para poner frente á frente las boquillas del corte de los dos segmentos, el mero proceso de cicatrización que indispensablemente ha de establecerse para unir lo seccionado produciría en todos los casos una estrechez infranqueable en el punto que fué seccionado, el cual conservaría un anillo de cicatriz constrictora hasta el punto de obstruir la escasa luz de dicho canal.»

74. Ita demum egregius Dr. *Cardenal* (Salvator) e primoribus (vel forte, primus) inter chirurgos Hispaniae, in epistola die 31 Augusti ad memoratum Drem. Blanc (qui ipsum authographum nobis transmittere curavit) data:

75. «Aunque no me lo pregunta, me parece una atrocidad lo de aconsejar la práctica de la vasectomía para la disminución de la criminalidad. Es volver á los antiguos procedimientos *mutilantes*, que para mí son mucho más discutibles que la pena de muerte y la reclusión. En cuanto á la práctica de la cosa, como operación, no puede ser más elemental. Pero como resultado, toda escisión, como toda ligadura del conducto (único) excretor de una glándula, ha de traer consigo como consecuencia fisio-patológica, una de dos cosas: ó la *atrofia* rápida de dicha glándula, ó su transformación en un *quiste por retención*, que acabará probablemente también

por atrofia. De modo que por poco tiempo que hubiera permanecido ligado el conducto deferente, el testículo dejaría de ser tal, bajo el punto de vista de su función. Si la duración de la exclusión era muy corta (en cuyo caso me pregunto ¿de qué serviría?), podría restablecerse la función de la glándula como tal, pero considero *imposible la reconstrucción* del conducto, que, como usted dice muy bien, se convierte en un cordón. Ahora lo que *se ha propuesto* y sería más factible, es la deferendo-uretrostomia, es decir, la implantación del cabo *central* del conducto en un punto asequible de la uretra: lo cual si no restablecía por completo las funciones en su normalidad, porque el semen carecería de reservorio, puesto que no pasaría por las vesículas seminales, permitiría, sin embargo, el funcionamiento secretorio del testículo y *tal vez* la fecundación. Esa operación se ha propuesto y experimentado en el perro, pero no *todavía* en el hombre, que yo sepa, y se ha propuesto como *recurso ulterior* en los enfermos en quienes se ha practicado la vasectomía para el tratamiento de la hipertrofia de la próstata. Á mí me parece todo ello una *mala cirugía.* ., ó, al menos, no es así como yo la comprendo.» Cfr. infra, nn. 115 seq., 144 seq., 212 seq.

§ IX

Judicia gravissima circa vasectomiam.

76. Haec omnia fere scripta erant cum ad nos pervenerunt eph. *Ecclesiastical Review*, April 1910, et *Nouvelle Revue Théologique*, Juillet 1910, ubi pag. 475 et 419 respective videmus P. De Becker suo et aliorum gravissimorum Theologorum judicio hanc operationem uti graviter illicitam damnare etiam pro casu quo adhibeatur ad generationem hominum aegrotorum praecavendam:

«Quare plane subscribo sententiae R. P. Vermeersch, R. P. de Villers, R. P. Salsmans, professorum in Collegio Maximo Societatis Jesu, Lovanii, dum dicunt:

»Doctrina quam sincera profecto mente et cum aliqua haesitatione proponit R. P. Donovan (1) plane improbabilis et damnosa a nobis judicatur.

»1.° In se mutilatio ista (nisi gravissima propriae valetudinis causa excusetur) non est *venialis* sed *mortalis*. Gravitas

---

(1) P. *Donovan*, O. F. M. inclinatur in sententiam quae vasectomiam (etiam extra casus quo fiat forte necessaria ad salvandam vitam, etc.) dicit non semper illicitam aut saltem non graviter. (*Ecclesiastical Review*, March, 1910, p. 273, seq.) Huic sententiae favet etiam P. *Labouré*, O. M. I. (*Ecclesiastical Review* March, 1910, p. 271; May, p. 599; September, p. 320.) Hic, loco ult. cit., supponit, sed non probat, societatem habere jus «ad impediendum ne infantes procreentur degenerati» (p. 321). Iuxta ipsum «ratio vasectomiam justificans, non est tam pessima valetudo corporea istorum individuorum degeneratorum, quam illorum innata, haereditaria corruptio moralis quae minatur se extendere in gremio societatis, et quotidie fructus suos affert, omnia civium jura moralia nihili faciens»—Ex dictis praesertim nn. 46, seq. apparet vasectomiam ex hoc capite nullo modo probari licitam.

enim non tantum ex periculo vitae sed etiam ex functione qua privat judicanda est.

»2.° Auctoritas publica *nihil* potest in vitam el libertatem innocentis, qualis est etiam homo aegrotus.

»Nec, cum agitur de Christianis, impedimenta matrimonii creare potest; multo minus potest imperare vel permittere mutilationem de qua in casu.»

Scribebam Lovanii, 16 Feb. 1910.

JULES DE BECKER, I. U. D.,
Prof. Univers. Lovan.

77. Etiam apud *Ecclesiastical Review* ejusdem mensis Julii, p. 79, clar. P. *Rigby*, O. P., suum judicium ita exprimit:

«Re quidem vera, propositum hominis per vasectomiam sterilizandi ne species humana degeneret nefastissimum est dicendum. Nomine civilisationis profertur, potius tamen barbariem sapit. Quod quidam medici, materialismo addictissimi ad hoc recursum habere cupiunt non est mirandum; nam hominem nonnisi tamquam organismum corruptibilem respiciunt.»

78. Hanc legem non modo christianam non esse sed esse inhumanam, ignominiosam et crimen magnum contra naturam judicat Eph. *America* (18 Sept. 1909.)

79. Medicus Dr. Castell de Descatllar hanc praxim vocat «nuevo atentado á la Ley de Dios y á la dignidad humana». *Criterio católico en las Ciencias médicas*, Abril de 1910, p. 99.

80. Imo, Doctor Blanc y Benet judicat quod haec lex «debe ser considerada como uno de tantos monstruosos errores con que los enemigos de la luz procuran perturbar los derechos divinos y huma-

nos, trastornar la sociedad civil y corromper las inteligencias y los corazones». *(Ibidem*, p. 102.)

81. Non inmerito scribebat P. Lehmkuhl in memorata epistola: «Quam primum de ista re audivi non potui eam non condemnare tamquam gravem mutilationem; neque in mentem ducere potui auctoritatem publicam ad eam mutilationem jus habere propter praetensum bonum commune, ne proles infirma et infecta multiplicetur.» Cfr. supra, n. 38, nota.

82. «Obstare debemus cuicumque legi circa vasectomiam seu falectomiam, ait Dr. *O'Malley* (1) non solum quia immorales sunt nec in Status potestate est eas ferre, sed quia etsi per se essent licitae, sunt obnoxiae gravissimis abusibus.» *(Ecclesiastical Review*, June, 1911, p. 705.)

Etiam *Dr. Millant* hanc praxim improbare videtur: «Nous ne saurions non plus passer sous silence ce projet de la castrations des criminels, signalé dans un précédent chapitre... Des vues semblables sont trop en désaccord avec les idées actuelles, elles répugnent trop à nos moeurs pour pouvoir rencontrer quelque chance de se voir accueillir. Où serait, a-t-on dit, la liberté, ou serait la dignité de l'espèce humaine, le jour où un nouveau code jugerait de l'opportunité de notre existence?... Et il convenait

---

(1) «We should oppose any law of vasectomy, or fallectomy, not only because such laws are immoral, beyond the authority of the State, but because even if they were permissible they are open to very grave abuse.»

en vérité que devant une telle ardeur à castrer les malades, ceux-ci prissent à leur tour leur revanche, un jour ou l'autre, sur les médecins.» (Les eunuques à travers les âges, Paris, 1908, p. 160, 162.)

Alii etiam plures contra liceitatem scripsere postea ut *Wouters* apud *Nouvelle Rev. Théologique*, vol. 43, p. 340; *Eschbach* apud *Analecta Ecclesiastica*, vol. 19, p. 383 seq.; et apud *La Schuola Catholica*, Feb. 1912. p. 243; *Capello, ibid.; Stucchi, ibid.*, Nov. 1911, p. 416 seq.; *Desmet*, apud *Collationes* Brugenses, vol. 17, p. 533 seq.; P. *C.* apud *Rivista di Apologia Cristiana*, vol. 8, p. 101 seq. (Rubrica del clero); *Ojetti*, Synopsis rerum moralium etc., V. vasectomia, col. 4053 seq.

Articulus II

Observationes quaedam in articulum Dris. O'Malley, Medici.

§ I

Praenotanda.

83. Plurimi articuli hac de re, praeter eos quos jam alias memoravimus (cfr. supra, n. 76), editi sunt id Ephemeridibus Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis, *Ecclesiastical Review* (May, 1911, p. 562-583; June, p. 684 seq.; 742: July, p. 71 seq.; 86 seq.; September, p. 313 seq., 355, seq.) ab auctoribus diversa opinantibus.

84. Quia vero ea quae respiciunt naturam phy-

siologicam hujus operationis ejusque physiologicos effectus sunt veluti fundamentum pro solutione quaestionum de moralitate ipsius deque ejus effectibus canonicis (quod caput est totius studii nostri), ideo placuit aliquas observationes conscribere circa articulum *Dris. Medici O'Malley (Ecclesiastical Review*, June, p. 684, seq.), ubi plurima physiologice attinguntur circa hanc operationem.

85. Et imprimis circa modum quo haec operatio peragitur diligenter notat Dr. O'Malley quod tantum secatur vas sive canalis deferens, minime vero venae et arteriae quae constituunt funiculum spermaticum (1) quaeque irrigant testes. Sectio canalis

---

(1) «Anatomice dicitur *funiculus spermaticus* pedunculus, cui suspenditur testiculus, et conficitur praecipue canale deferente, arteriis, venis, vasis lymphaticis et nervis testiculi.» *Antonelli*, Medicina pastoralis, vol, 1. n. 189, nota, ed. 3.ª Cfr. etiam *Testut*, l. c., p. 861, 862; *Pasteau*, l. c., p. 324 seq.

Cl. *Desmet (Collationes* Brugenses, vol. 17, p. 536) innuere videtur nos scripsisse vasectomiam consistere in resectione integri funiculi spermatici. Sed plane decipitur, ut cuique legenti nostra scripta clarum est. Diximus jam a limine primi nostri articuli hujus argumenti, vasectomiam esse operationem «vi cujus *canales* virile semen deferentes secantur». (Cfr. supra, n. 2, vel apud *Razón y Fe*, vol. 27, p. 378.) Idem diximus in Comp. Theol. mor., vol. II, n. 856 *bis*, q. 5.º (edit. 5.ª) ubi primo de hac re egimus; sed nihil umquam docuimus de resectione *integri funiculi* spermatici.

Cum *Desmet* sentire videtur *Gemelli* cui inhaeret *Stucchi* (La Scuola Catholica, Nov. 1911, p. 403 et 407). Huic respondet Dr. Blanc. «*Stucchi* anda equivocado, pues el *P. Ferreres* no suponía que en la vasectomía se ligase ó se cortase el cordón espermático, sino el conducto deferente; esto lo saben nuestros lectores que tienen conocimiento de los artículos del P. Ferreres en esta misma sección.» *(Las Ciencias médicas*, Sept. 1912, p. 294.)

deferentis fit circa testiculos prope epididymum; pars canalis quae est juxta testes remanet libera, alia vero ligatur jam ante sectionem vel filo serico vel intestinali. Sectio ita fit ut segmentum aliquod parvum ipsius canalis auferatur (1).

86. Etiamsi pars canalis libera quoque ligaretur, nullus pravus sequeretur effectus, imo ipsa per semetipsam solet naturaliter occludi (2).

87. Solerter observat vasa sanguinea non esse (secanda nec) liganda, secus enim atrophia testiculorum oriretur et aequivaleret castrationi (3).

---

(1) «In vasectomy, under local anaesthesia by cocaine, a slit is made through the skin of the scrotum behind, the sheat of the spermatic cord is opened, the vas deferens is isolated carefully from all blood vessels, it is ligated by silk or gut, a short piece is snipped out between the ligature and the testicle, and the skin wound is left to close itself. The same operation is done on the second vas.» *(Ibid.*, p. 688.)

(2) «Dr. Edward Martin, Professor of Surgery in the Pennsylvania University, and one of the best authorities on such matters, told me both ends of the cut vas may be tied without any ill effect whatever... When the vas is cut, and the testicular end is dropped into the scrotum unligated this end almost certainly heals shut. Should it remain patulous, any spermin exuded from its open end upon the pampiniform veins is negligible. Testicular secretion naturally reaches distant pars of the body through the blood vessels of the testicle.» *(Ibid.*, p. 689.)

(3) «Severing the vas in the manner described, carefully leaving the blood vessels intact, has no effect whatever on the testicle, except to shut off the spermatozoa from the semen. Ligating the vessels will cause atrophy of the testicle, and be equivalent to castration, a very different result.» *(Ibid.*, p. 689.)

§ II

Innititur falsa seminis notione, sensu canonico, unde in plures incidit errores.

88. Quoad naturam ipsius seminis ea scribit quae veram seminis canonicam notionem plane pervertere nobis visum est.

89. Dicit enim spermatozoida fieri quidem a testibus, partem vero liquidam veri seminis oriri tum a vesiculis seminalibus, tum a glandula prostata, et forsan a glandulis dictis de Cowper, quamvis harum functio physiologica adhuc plane perspecta non sit (1).

90. Unde juxta ipsum pars liquida *veri seminis* oritur non a testiculis sed aliunde, nempe a vesiculis seminalibus, a prostata etc. Et quia haec omnia salva et illaesa manent post vasectomiam duplicem, hinc infert virum talia passum: 1.° emittere *verum semen*, etsi non foecundum, *non secus ac senes* et alii qui spermatozoida jam non producunt; 2.° non esse impotentem sensu canonico, sed tantum sterilem, non secus ac senes; imo 3.° non esse possibile

---

(1) «The spermatozoa, the fructifying part of the semen, are formed in the testicle; the liquid part of the semen is made at the other end of the vas deferens in the seminal vesicles, and the prostate gland, at the base of the bladder. Cowper's glands, also at this end of the vas, may form part of the fluid, but the physiology of these glands is not cleary known.» (*Ibid.*, p. 688.)

ut fiat impotens (1), ita ut non magis ex vasectomia oriatur impotentia quam ex rasione barbae (2).

91. His assertionibus opponendum est:

a) *Juxta doctrinam physiologicam etiam in testiculis elaboratur pars aliqua veri seminis, quae non constituitur ex spermatozoidis.*

92. Sic juxta Dres. medicos *De Beauregard et Galippe* decima fere pars veri seminis elaborati a testiculis non constituitur ex spermatozoidis:

«Observé dans le testicule même, le sperme est épais et concret, d'un blanc mat. Cette matière est constituée, au moins pour les *neuf dixièmes, par des spermatozoïdes* (Robin); parmi ceux-ci, on en voit qui sont encore contenus dans les *cellules em-*

---

(1) «When the vasa alone have been severed the effects are: 1. The person on whom the operation has been done is conscious of no change; 2. There is no possibility of impotence at any time; 3. The semen is discharged just as before the operation, except that it is sterile owing to the lack of spermatozoa, and owing to this lack also it is slightly reduced in quantity;... The semen in the method of ejection, and all others qualities, remains exactly as it was before vasectomy except that il lacks spermatozoa. It is a genuine but a sterile semen (p. 694). According to St. Alphonsus, then, and the practice of the Church, a man with sterile semen may marry; therefore he is not impotent. Furthermore, since vasectomy makes the semen only sterile, and does not affect it otherwise.» *(Ibid.*, p. 689. 690, 694, 695.)

(2) «There is positively no more question of impotence arising from vasectomy than from shaving your beard. If the *whole spermatic cord is ligated and cut*, that is, the blood-vessels together with the vas deferens, impotence will result, but that is not vasectomy at all.» *(Ibid.*, p. 691, 692.)

bryonnaires mâles, ou qui en sont incomplètement sortis. Chez un certain nombre d'animaux, le sperme est porté, sans mélange d'autre liquide, dans l'organe femelle.» *(Beauregard-Galippe*, Guide pratique pour les travaux de micrographie, édit. 2, Paris, 1888, p. 555.)

Coaherent quae traduntur a *Duval et Gley:* «Le sperme est le produit de la sécrétion de plusiers glandes. Les testicules fournissent SUR TOUT les spermatozoïdes.» *Duval et Gley*, Traité élémentaire de Phisiologie, Paris, 1909, p. 675.

93. Potest igitur aliquis emittere semen elaboratum a testiculis quamvis non emittat spermatozoida.

94. Etiam Dr. *Beclard* professor addictus Facultati Medicae Parisiensi testatur cellulas spermaticas elaboratas a testiculis ejaculari simul cum spermatozoidis. Sunt ergo pars veri seminis; imo ex ipsis evolutis spermatozoida ipsa originem ducunt. Fieri igitur poterit ut senes vel alii morbo affecti ejaculent hujusmodi cellulas ideoque verum semen, non autem spermatozoida, ideoque infoecundum:

«Indépendamment des spermatozoïdes, on remarque encore dans le sperme des globules d'une nature particulière, dits *cellules spermatiques*. Ces cellules, de volume très-variable, ne sont que les premières phases du développement des filaments spermatiques. Ces cellules existent en grand nombre dans le sperme contenu dans les canaux séminifères du testicule. On n'en retrouve qu'un petit nombre dans le sperme éjaculé, parce qu'au moment où le sperme est évacué au dehors, ces cellules ont généralement subi leurs métamorphoses. Par la même raison, le sperme extrait des canaux séminifères du testicule ne renferme que de rares spermatozoïdes, et le nombre de ces derniers augmente dans l'épididyme, le

canal déférent et les vésicules séminales.» Ita *Beclard,* Traité élémentaire de physiologie humaine (Paris, 1866, édit. 5, p. 1.130).

Similia nostris hisce diebus scripserunt *Testut,* l. c., vol. IV, p. 832-837; et *Pasteau,* l. c., vol. V, p. 278-283.

95. Imo. Dr. Medicus J. Calleja, professor Facultatis medicae Matritensis testatur semen prout reperitur in ipso testiculo, in tubis seminiferis, constare jam parte aliqua liquida; etsi parva: «El contenido ó producto de secreción de estos tubos es el *esperma* puro; líquido homogéneo, filamentoso, blanquecino, inodoro, compuesto *casi* totalmente de espermatozoides y de *muy poco liquido»* *(Calleja,* Nuevo Compendio de Anatomía descriptiva y general, Madrid, 1878, pág. 1.125).

96. Eamdem doctrinam ac Dr. Calleja tradit clariss. Professor *W. Waldeyer* in egregio opere *Handbuch der vergleichenden und experimentellen Entwickelungslehre der Wirbeltiere von Dr. O. Hertwig,* Band 1, Teil I, 1: Jena, 1906, p. 96. Docet enim in ipsis tubis seminiferis testiculorum reperiri simul cum spermatozoidis partem liquidam, viscosam, licet in minore quantitate, quae inservit ut spermatozoida moveri queant (1).

Etiam *Pasteau,* l. c., p. 285, memorat partem

---

(1) «Hodensekret. In den Tubulis contortis werden die Spermien gebildet (s. w. u.), dabei eine zähe eiweisshaltige Flüssigkeit in geringer Menge [v. Mihalkovics (M. 2833)]. Man kann sagen, dass diese Flüssigkeit wohl nur zur Erleichterung der Fortbewegung der Spermien dienen möge. Ueber die in

liquidam spermatis contentam in tubis seminisferis: «Toutes les autres cellules du tube séminifère n'etant que des cellules de remplissage qui ne joueraient qu'un rôle secondaire en elaborant la partie liquide du sperme.»

b) *Senes usque ad ultimam senectutem possunt producere non modo verum semen sed etiam generatim vera spermatozoida, etsi rariora ac forte debiliora.*

97. «Vir sperma format etiam in provecta aetate sed non raro est infoecundum», ait *Gasparri*, n. 512. «Quoniam vero in quacumque aetate sperma formatur, imo nonnulli decrepiti filios quoque genuerunt, et ex ipso nuptiarum desiderio potentia praesumi debet, et aliunde etiam in dubio impotentiae matrimonium permittitur; hinc senes in quacumque aetate ad matrimonium Ecclesia admittit.» *(Ibid.*, p. 345.) Cfr. etiam S. C. Concillii 7 Sept. 1793 in *Tudertina.*

98. Etiam Dres. Medici *Beauregard et Galippe*, l. c., p. 583, nota, testantur sperma senum continere generatim spermatozoida. «Le sperme des vieillards contient généralement des spermatozoïdes.»

99. Apertius id probat Dr. Medicus *Sappéy*, Professor Anatomiae in Facultate medica pari-

---

den Hodenkanälchen und in den interstitiellen Hodenzellen vorkommenden Krystallbildungen ist bereits vorhin im Anschlusse an die Böttcher'schen Krystalle kurz berichtet worden.»

siensi, in suo opere Traité d'anatomie descriptive, vol. 4, p. 621, 622 (Paris, 1874, édit. 2.[a]):

«A quelle époque de la vie disparaissent dans le liquide séminal les spermatozoïdes? On a longtemps pensé qu'ils n'existaient plus dans la semence des vieillards. C'était une erreur que sont venues réfuter les recherches de M. Duplay et celles de M. Dieu. M. Duplay a examiné le sperme de 51 vieillards, pris dans les vésicules séminales. Chez 37 les spermatozoïdes existaient; et le plus souvent ils ne différaient pas de ceux de l'adulte. Dans ce nombre il y avait 8 sexagénaires, 20 septuagénaires, 9 octogénaires; et parmi ceux chez lesquels les spermatozoïdes étaient aussi abondants que chez l'adulte, le moins âgé comptait soixante-treize ans, le plus âgé quatre-vingt-deux. Les recherches de M. Dieu, faites sur les vétérans de l'hôtel des Invalides, confirment pleinement les précédentes. Sur 105 vétérans 41 lui ont présenté des spermatozoïdes. Parmi ces derniers le plus âgé avait quatre-vingt-six ans. Mais peut être n'est-ce pas encore la limite extrême de leur existence; Casper fait mention d'un vieillard de quatre-vingt-seize ans chez lequel il existait des filaments spermatiques.»

100. Nec aliter rem exprimit Dr. Medicus *Beclard*, l. c., p. 1.126, nota 1: «Généralement le sperme des vieillards ne perd pas sa vertu fécondante par les progrès de l'âge. D'après les recherches récentes de M. Duplay, le sperme d'un grand nombre de vieillards de 70 à 80 ans contenait des *spermatozoïdes* dan les $^3/_4$ des cas.»

101. Juxta Drem. Medicum *Mathiam Duval*, professorem addictum Facultati medicae Parisiensi, spermatozoida in senibus imperfectam habent evolutionem, et motu progressivo carent; et haec generatim est causa sterilitatis:

«D'après le docteur Girault, chez l'homme, après 55 ans, la tête des spermatozoïdes est plus grosse et la queue plus

courte; puis vient une époque où ces espèces de têtards n'ont presque plus de queue: la tête a alors presque tout envahi. Il leur reste bien encore des mouvements, mais la progression est devenue impossible: il ne s'en trouve que quelques rares qui aient conservé leur queue et puissent encore aller en avant.» *(Duval,* Cours de physiologie, Paris, 1873, édit. 2, p. 556, 557.)

102. Clarius adhuc exponit Dr. Medicus *G. Surbled* quomodo saepius sterilitas oriatur sive in senibus sive in aliis morbo affectis, quamvis verum semen plura continens spermatozoida emittatur:

«Sans doute la liqueur séminale complètement dépourvue de spermatozoïdes est de nul effet; mais la présence de ces animalcules ne suffit pas pour rendre le sperme prolifique. Dans un grand nombre de maladies, l'arthritisme, le diabète, la tuberculose, les cachexies, l'anémie profonde, chez les vieillards, chez les individus fatigués ou usés avant l'âge, les spermatozoïdes ne sont pas absents du sperme et n'arrivent pas cependant à le rendre fécondant: on les trouve quelquefois petits, faibles, presque sans mouvement *(spermatozoïdes à béquilles,* Pajot) et d'autres fois nombreux et vifs comme à l'ordinaire. D'ailleurs l'impuissance des spermatozoïdes dans les affections les plus graves n'est jamais absolue et permanente: on la voit disparaître sous l'influence du traitement, de l'hygiène, de la continence, et même toute seule.» *(Surbled,* La morale dans ses rapports avec la médecine et l'hygiène, t. 2, La vie sexuelle, Paris, 1900, édit. 6, p. 125, 126.)

103. Ergo nulla datur paritas inter senes ac eos qui vasectomiam duplicem passi sunt.

104. Senes enim possunt per se emittere et de facto emittunt communiter non modo semen verum a testiculis formatum sed etiam spermatozoidis refertum, aliquando de facto frugiferum, alias infecundum quia spermatozoida debilia sunt aut parum evoluta, ideoque senes apti sunt ad copulam conju-

galem. Vasectomiaci e contra, ut jam statim probabimus, nec emittunt nec, quatenus tales, possunt emittere verum semen in testiculis elaboratum, sive cum spermatozoidis sive absque illis. Ergo sunt inepti ad conjugalem copulam sensu canonico. Cfr. infra, nn. 195 seq. et supra nn. 28 seq.

c) *In sensu canonum, qui nihil emittit elaboratum ab ipsis testiculis, non emittit verum semen, et qui verum semen non potest emittere est certe impotens sensu canonico ad contrahendum matrimonium.*

105. Sic Sixtus V, Const. *Cum frequenter, 22 Junii 1587* (Bull. Rom. Taur., vol. 8, p. 870) ubi legitur:

«Cum *frequenter* in istis regionibus eunuchi quidam et spadones, qui utroque teste carent, et ideo *certum ac manifestum est* eos *verum semen* emittere *non posse;* quia impura carnis tentigine atque immundis complexibus cum mulieribus se commiscent, et *humorem forsan quemdam similem semini,* licet ad generationem et ad matrimonii causam minime aptum, *effundunt,* matrimonia cum mulieribus, praesertim hunc ipsum eorum defectum scientibus, contrahere praesumant, idque sibi licere pertinaciter contendant.» Cfr. supra, nn. 22 et 23.

106. Unde Card. *Gasparri*, haec scribit:

«Exinde deduces matrimonium ex capite impotentiae, dummodo haec antecedens probetur, nullum esse in sequentibus casibus: 1.° Si quis membro virili penetrare potest vaginam mulieris, sed verum semen non emittit; verum semen, inquam, etsi spermatozoidis carens, quod accidit quando vir caret

testibus quibus semen elaboratur.» *Gasparri*, n. 520.

107. Hinc nullus est jam Doctor theologus aut canonista qui admittat verum semen emitti posse ab eo qui caret testiculis. Ergo neque ab eo qui quamvis testiculos habet, nihil emittere potest ab ipsis elaboratum.

108. Sic enim *Echbach*, l. c., n. 2: «Praeter eunuchos, quibus causa impotentiae, ne intra vas seminent, est ipius seminis deficientia, *dantur qui testiculis perfectis donati, tamen* **confectum in iis semen** *vel nullo modo ejaculare, vel certe non in femineum vas emittere possunt.* Apud illos *impotentiam* causat *interni canalis ejaculatorii vitium; quo fit necessario sperma rursus intra corpus resorberi.*»

109. Et *Gasparri*, n. 528, 1.°:

«Revera licet eunuchi habeant humorem quemdam aquosum, eumque per hastam erectam in vaginam cum delectatione valeant immittere, tamen hic humor aquosus non solum caret spermatozoidis, uti e. g. in juvenibus, sed *non est verum semen*, ideoque, actio humana in generatione, idest immissio veri seminis in vaginam, est impossibilis, ac proinde adest non mera sterilitas, sed *impotentia*. Idem dicas *si testes adsunt*, sed non resident loco debito, aut *non habent cum membro virili debitam conjunctionem, ita ut seminis* vel praeparatio vel *conductio fieri nequeat*. Si hoc vitium medicamentis vel sectione, citra periculum mortis, tolli nequit, est impotentia perpetua et absoluta, irritans nuptias, dummodo sit antecedens.» Vide supra, n. 26.

110. Cfr. etiam quae ex Petro *Ledesma*, supra nn. 29 et 30, excripsimus, cujus sunt etiam haec verba: «Nam spadones utroque teste carentes...

quamvis videantur seminare, tamen semen eorum non est ejusdem rationis cum semine aliorum, non enim est prolificum ex natura sua.» *(Ledesma*, De magno sacram. matrimonii, q. 68, art. 1, p. 560, *ad secundum:* Venetiis, 1595.)

111. Quare P. Ojetti, in hypothesi quod redintegratio canalis post peractam vasectomiam obtineri nequeat, omnino admittit impotentiam ad matrimonium absolutam et perpetuam eorum qui duplicem vasectomiam experti sunt, *quia semen verum* in mulieris vaginam emittere non possunt:

«Ceterum si revera, semel vasectomia peracta, non posset amplius recuperari facultas emittendi verum semen, solutio P. Ferreres esset omnino admittenda; hi enim vere essent in casu impotentes impotentia perpetua et absoluta, qui ad matrimonium inhabiles sunt jure ipso naturae, quum ipsis *impossibilis sit copula conjugalis, qua scilicet* **verum semen** emittant in vaginam mulieris.» *Ojetti,* Synopsis rerum moralium et juris pontificii, vol. 2, col. 2.278, Romae, 1911.

Impotentiam vasectomiaci docent etiam *Tanquerey-Quévastre*, Brevior synopis, n. 1406; *Pighi*, Cursus Theologiae moralis, vol. III, p. 267; *Capello*, apud *Rivista* di Apologia cristiana, Apr. 1912, p. 101 seq., et alii.

112. Ita etiam *Schmalzgrueber*, t. 4, tit. 15, n. 15. Impotentia absoluta oritur: «Ex defectu partium genitalium ejusdem maris, quod careat semine, aut testibus, vel *quod semen* quidem, et testes *habeat*, *sed* illud *spurium*, et hos ineptos, vel si in neutro sit defectus, ob partium malam conformationem illud in vas debitum non possit immittere.» (Cfr., vol. 9, Romae, 1845.)

113. Unde planum est doctrinam D^ris^ O'Malley esse contrariam sacris canonibus et speciatim constitutioni Sixti V. Etenim Dr. O'Malley vocat verum semen id quod emittunt duplicem passi vasectomiam eosque ideo aptos ad matrimonium declarat; Sixtus V. dicit spadones utroque testiculo carentes non posse emittere verum semen aptum ad matrimonium valide contrahendum, sed emittere tantum humorem quemdam similem semini ad generationem et ad matrimonii causam minime aptum.

Jam vero quodnam est discrimen inter id quod emittunt praedicti vasectomiaci et id quod a spadonibus emittitur? Nullum profecto. Nam tam hi quam illi emittunt liquorem productum ab uretra, a glandulis Cowper, a glandulis prostaticis et a vesiculis seminalibus, nam omnes tam castrati quam vasectomiaci haec omnia habent et conservant, nam a castratis nihil horum aufertur. (Cfr. infra, nn. 186 seq.)

114. Ex praepostera hac seminis canonica notione graves alii errores in articulo Dris. O'Malley promanarunt.

§ III

De instauratione communicationis inter canalem deferentem et testes post peractam vasectomiam.

115. Dicit etiam post peractam vasectomiam duplicem, imo post plures annos ex quo peracta fuit, posse iterum restitui communicationem inter testem et virile membrum, ita ut qui talia passu

est possit iterum semen spermatozoidis refertum emittere (1).

116. Sed 1.° jam fatetur hanc operationen instauratoriam non esse facilem, sed difficilem; requirere peritum chirurgum, et fieri posse ut etiam in manibus peritissimis felix succesus initio non obtineatur (2) quia lumen canalis, quod tenuissimum est (cfr. supra, n. 72), facile occludi potest.

117. Hanc difficultatem plene expositam a Doctoribus Blanc et Cardenal, vide supra, nn. 72, seq.

118. Quod haec redintegratio fieri possit probat tantum assertione sua, scilicet dictam restaurationem obtinuisse Drem. Martin (p. 690 et p. 692); sed non dicit quoties operatio infelicem habuerit successum, nec quoties bonus effectus obtentus fuerit, et quo tempore post operationem; licet ipse asserat (sed non probat) fieri posse quocumque tempore, etiam post annos viginti a peracta vasectomia. (Cfr. infra, nn. 212 seq.)

119. Haec quidem quaestio magni ponderis est

---

(1) «The entire function of the vas and testicle may be restored at any time by reuniting the cut ends (shortly after the operation, or twenty years after the operation, if you like) and the semen will then at once become fertile. If the end of the vas near the testicle is too short, or otherwise unavailable, the upper end can be united to the epidymis by Martin's operation. This has been done with complete success.» *(Ecclesiastical Review,* l. c.. p. 690.)

(2) «The operation for restoration, however, is not simple; it requires skilled surgery, and in the best hands it may fail at first through a post-operative constriction of the lumen of the vas. This lumen is very narrow—about a tenth of an inch.» *(Ibid.)*

et quidquid Medici faciant ut eam in bono lumine ponant, grato animo a canonistis accipietur.

120. Notat clarissimus *Desmet*, hoc in casu, cum media plane extraordinaria requirantur, et quidem fallibilia sint, ad restaurationem obtinendam, vasectomiam duplicem passum esse vere impotentem in sensu canonum: «Ita censetur vir vasectomiam passus perpetuo impotens. Physica quidem adest possibilitas hanc impotentiam curandi, extremitates resuendo exsecti canalis (cfr. infra, n. 215, notas) deferentis; ast ad hoc, opus est delicata operatione chirurgica, quae non potest inter media ordinaria recenseri; insuper, nisi vasectomia recenter sit peracta, dubius valde erit illius operationis exitus.» *Desmet*, De Sponsalibus et Matrimonio, n. 276, p. 371, nota 1, edit. 2.ª

Ipse *Desmet* apud *Collationes Brugenses*, vol. XVII, p. 541, addit: «...manet impotentia in sensu canonum *perpetua*, quamdiu nonnisi per media extraordinaria vel ope peculiaris artificii sanari valet.»

§ IV

De effectibus vasectomiae.

121. Pariter asserit Dr. O'Malley ex hac operatione non nisi bonos oriri effectus; sed hoc dicit quia deceptus falsa seminis notione supponit hos homines idoneos esse ad copulam conjugalem, quod falsum est.

122. Placeret igitur ut nobis diceret an aliquis ex iis qui hanc operationem experti sint, servet castitatem.

123. Nam hujusmodi homines aut omnino impotentes (sensu canonico) sunt (si redintegratio canalis haberi non possit) ideoque a matrimonio contrahendo abstinere debent (cfr. supra, nn. 20 seq.); aut si redintegratio facile obtineri potest, a copula sunt omnino prohibendi, etiamsi conjugati sint, donec redintegratio de facto obtineatur. Talis namque copula in hac ultima hypothesi est omnino onanistica ut probavimus jam alias. Cfr. supra, nn. 62-68.

124. Curet igitur ut abstineant a copula, et tunc dicat nobis utrum boni sint effectus, qui sequuntur ex vasectomia duplici.

125. Profecto non abstinebunt, quia vasectomia non tollit concupiscentiam, cum nec castratio eam tollat (1). Imo, ut nobis videtur, eam auget (2), nisi

---

(1) Quod autem per castrationem concupiscentia non sedetur sed potius augeatur testatur etiam S. Joannes Chrisostomus Homilia 62 (a. 63) in S. Matth. his verbis: «Non enim ipsa membri amputatio ita fluctus illos sedare et tranquillitatem parere solet, ut rationis frenum; imo longe magis hoc freno sedatur... Praeter ea enim quae diximus, non mitigatur inde cupiditas, imo *fit ardentior:* sperma namque aliunde fontes habet, et aliunde fluctibus agitatur. Alii enim ex cerebro, alii ex lumbis oestrum oriri dicunt.» *(Migne,* P. G., vol. 58, col. 599, 600.) Vide dicta supra, nn. 35-37.

(2) Ita etiam opinatur Dr. *Blanc:* «Tengo por evidente que los castrados y vasectomizados, no pudiendo hallar satisfacción al apetito, han de exaltarse morbosamente.» (Epistola ad nos data 30 Maii 1910.)

forte in casibus quoad rem veneream anormalibus, de quibus tantum profert exempla Dr. O'Malley. Cfr. etiam quae postea ipse scripsit, *ibidem*, p. 719, 720.

126. Quod vasectomia in quibusdam casibus anormalibus remedium aliquod afferre possit et afferat non est quid mirum nec ipsius proprium, quum similes effectus aliquando tribuantur castrationi ut ex diversis auctoribus exempla profert *Millant*, l. c., p. 158, 159 (1).

Hinc est quod jam a pluribus saeculis castratio adhibita fuerit uti remedium plurium morborum praesertim mentalium ac nervorum, sed frequentius nullus bonus effectus obtentus est, ut ibi etiam

---

(1) «Il s'agit d'un adolescent atteint de manie; les remèdes les plus énergiques avaient été employés pour la guérison, à tel point qu'on était venu successivement à l'emploi de l'antimoine, au trépan et à l'artériotomie des temporales. Aucun de ces remèdes n'ayant agi, je conseillai la castration qui amenda tous les symptômes; la folie furieuse cessa de suite, le délire mélancolique persistant seul, jusqu'à transformation de la manie en mélancolie.» (Lazarus Riverius. *Opera omnia*, 1679.) «Un enfant, âgé de 7 ans, atteint de manie, sur lequel on avait en vain essayé de nombreux remèdes, fut gueri par la castration.» (Lanzoni. *Opera omnia*, II, 1738.) «L'ablation des testicules pratiquée sur un épileptique masturbateur donna un résultat merveilleux: les crises s'esparcèrent de plus en plus et finirent par disparaître tout à fait.» (Dr. Mackenzie Bacon, in *the* Practioner, 1869, II, p. 334.) «Signalons, à titre documentaire, qu'en 1886, Willian Brown a publié l'observation d'un homme de vingt-cinq ans, non épileptique, mais sujet à ces accès fréquents de fureur agressive. Un jour il se trancha à l'aide d'un couteau le testicule gauche, et il mit le droit à nu. Coïncidence ou non, cette mutilation fut suivie de la guérison de l'état mental.» *Annales méd. psych.*, 1886.

refert. Imo saepissime pravi obtinentur, ut diximus, nn. 36 seq., et dicetur infra, 135, seq.

127. Ergo si vasectomiaci castitatem non servant, contra legem divinam agunt. Non ergo boni sunt effectus vasectomiae, sed plane contra bonos mores, ut alias probavimus.

128. Mirum sane non est, cum erronea seminis sensu canonico notione decipiatur, Drem. O'Malley non modo non reputare hanc copulam onanisticam, sed contendere vasectomiam reprimere propensionem ad onanismum (1).

129. Videtur oblivisci copulam onanisticam in sensu canonum appellari omnem in qua studiose quaeritur ut semen virile effundatur modo inepto ad fecundationem, vel quia effunditur extra vas femineum, vel quia emissum extrahitur, vel quia ejus in uterum ingressus impeditur, vel quia adhibetur medium ut spermatozoida occidantur, et consequenter quia, ut in casu nostro, impeditur ut spermatozoidea possit effundi intra vas debitum. Cfr. *Gury-Ferreres*, vol. II, n. 922; *Génicot*, vol. II, n. 549; *Lehemkuhl*, vol. II, n. 858; *Desmet*, n. 146; *Berardi*, Praxis, vol. 1, n, 989.

---

(2) «Just what vasectomy actually does is to check a tendency to onanism.» *(Eclesiastical Review,* l. c., p. 693.) Forte intelligit onanismum sensu medico pro masturbatione.

§ V

De potentia eunuchorum ad coeundum.

130. Non sine aliqua admiratione legimus quod de potentia eunuchorum penetrandi vas femineum scribit Dr. O'Malley, nempe eunuchos habere potentiam coeundi, i. e. penetrandi vas femineum, esse ita rarum et extraordinarium ut ex universa medica litteratura desolis quinque eunuchis constet retinuisse ex parte potentiam coeundi, idque dicit adhuc dubium esse (1).

131. Sed obstat Constit. Sixti V quae agit de eunuchis qui *plurimi* (dicit enim id *frequenter* accidere), ut ait, erant tunc in Hispania, qui servabant potentiam coeundi et emittebant liquorem quem vasectomiaci emittunt; ideoque contendebant sibi jus inesse contrahendi nuptias, non secus ac Dr. O'Malley contendit de vasectomiacis.

132. Praeterea notum est plures matronas romanas consuevisse quaerere sibi eunuchos ut voluptatem satiarent sine periculo praegnationis ut plane tradit *Juvenalis*, Satira sexta, vv. 366-378. Cfr. edit. Lemaire, vol. 1, p. 364-365. Ergo et hi potentiam coeundi retinebant. Idipsum constat tum

---

(1) «The case of the eunuchs declared impotent by Sixtus V is different. Eunuchs lose the potestas coeundi together with the potestas generandi. There are only five cases in medical literature where a part of the potestas coeundi remained for a while in eunuchs, and these cases are doubtful.» *(Ecclesiastical Review,* June, 1911, p. 695.)

ex *Martiale*, libr. 6, epigr. 67 (edit. Lemaire, vol. 2 p. 170) tum etiam ex his quae ex *Terentio* et *Zacchia* diximus alibi. Cfr. supra, nn. 51, 52; et infra nn. 179 seq.

133. Alios etiam casus refert Dr. Medicus *A. Le Dentu*, professor in facultate Medica parisiensi, qui concludit: «De ces faits et de bien d'autres, on peut conclure qui si les eunuques châtrés dans l'âge adulte sont forcément stériles, ils restent *très-souvent aptes au coït*, double particularité connue depuis bien longtemps et qui, d'après Juvénal, était appréciée de certaines dames romaines:

> Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semper
> Oscula delectant, ac desperatio barbae,
> Et quod abortivo non est opus...»

(Le Dentu, Les anomalies du testicule, Paris, 1869, p. 97-98.) Cfr. infra n. 176 seq.

134. Constat ergo, ut alibi diximus (nn. 36 seq., 50 seq.), castratos in adulta aetate servare plures potentiam coeundi, sicut servant vasectomiaci. Cfr. etiam infra, nn. 172 seq.

§ VI

De aliis castrationis effectibus.

135. Nec minus mirabile est aliud assertum, scilicet ex castratione nullum (praeter sterilitatem) pravum sequi effectum, sed e contra eunuchos praestare corporalibus viribus ac sanitate mentali (1).

---

(1) «There is no degeneracy of any kind after vasectomy; there is no general lowering of the vital functions after cas-

136. Si id diceret de castratis in adulta aetate, forte id transmitti vel concedi posset, sed de castratis in pueritia contrarium evenit.

137. En quae testatur citatus medicus ac professor in facultate Medica parisiensi *Dr. A. Le Dentu* in docta sua monographia, jam citata, quae inscribitur: «Des anomalies du testicule.» Hujus testimonium abs dubio non rejiciet Dr. O'Malley quasi sit hominis physiologiae parum periti:

«Qu'on oppose au castrat de l'âge adulte l'eunuque privé de ses testicules dès le jeune âge, et l'on jugera de la différence. Chez celui-ci, la verge est atrophiée; les érections manquent absolument ou sont très-rares. Si le coït est quelquefois possible, il n'est jamais terminé par une éjaculation de nature quelconque. *Le teint est pâle, les cheveux souvent blonds, les membres grêles et* **sans forces**. Le système pileux est moins développé que chez une femme, car les poils manquent aux aisselles et sont rares à la région pubienne. *L'absence d'énergie physique et morale les plonge dans une apathie continuelle. La décadence de l'intelligence se reflète dans l'hébétude du regard;* la voix est grêle et féminine et d'un timbre souvent désagréable.» *(Ibid.*, p. 98.)

138. Audiatur etiam quae de ipsis scribit *Zambaco:*

«Les eunuques castrés avant la puberté ont subi une déchéance intellectuelle qui ne saurait échapper à l'observateur. En général ils manquent de vivacité, de gaîté, d'activité. Ils ont de la tendance à la tristesse et à la paresse. Ils sont sans énergie, indolents, abouliques, serviles, couards, aigris, cruels, privés de sentiments affectifs, égoïstes. Il y en a qui sont d'éternels enfants, toujours de mauvaise humeur, mécontents...

---

tration—on the contrary, eunuchs are noted for their vigorous bodily and mental health.» (*Ibid.*, p. 693.) Vide etiam, quae scribit, ibi, Dec. 1911, p. 719, 720.

Néanmoins j'en ai connu d'intelligents, d'aimables et capables de s'occuper même de choses sérieuses.»

«La castration tardive influe bien moins sur le moral de l'individu et même sur le physique, ainsi qu'on le voit dans l'opération médicalement imposée. Néanmoins, parfois, même dans ses conditions, une mélancolie profonde peut s'emparer du sujet et le conduire jusqu'au suicide.» Les eunuques d'aujourd'hui et ceux de jadis, Paris, 1911, p. 111 et 119. Vide etiam p. 28.

Cfr. etiam *Bouillet*, Dictionnaire des sciences, etc. V. Eunuque, p. 631, Paris, 1859. Vide dicta supra, nn. 50, seq.

§ VII

De quadam assertione quae nobis falso tribuitur.

139. Quia ad dicta nostra refertur, non omittam corrigere quae illic ex P. Schmitt nobis tribuitur quasi dicta a medicis hispanis: «Ille (scilicet P. Schmitt) citat hanc assertionem Patris Ferreres apud *Razón y Fe:* «Plures chirurgi hispani asserunt effectum inevitabilem hujus operationis esse atrophiam testiculorum; non semel hanc atrophiam fieri celerrime et mortem inducere, alias gradualem inducere debilitatem» (1) (p. 682).

140. His respondet Dr. O'Malley:

«Haec assertio, quod non semel atrophia fit celerrime et mortem inducit, est falsa etiam in casu quo

---

(1) «He cites the statement of Father Ferreres, in *Razón y Fe*, that «several Spanish surgeons attest the invariable consequence of such operations to be *atrophia testiculorum;* sometimes this atrophy sets in rapidly and causes death; in other cases there is a gradual decay.» *(Ibid.*, June 1911, p. 692.)

totus funiculus spermaticus secaretur. Nullum est fundamentum talis asserti. Aut P. Ferreres non intellexit chirurgos, aut chirurgi eum non intellexerunt. Chirurgi hispanici dexteritate inferiores non sunt aliis totius mundi, et certum est eos loquutos esse ex falsa informatione» (1).

141. Causa erroris quam suspicatur Dr. O'Malley non est quod P. Ferreres non intellexerit chirurgos, aut quod chirurgi eum non intellexerint, sed quia Dr. O'Malley non legit articulos P. Ferreres; secus clare vidisset nec hispanos chirurgos ab ipso citatos, nec ipsum P. Ferreres docuisse umquam vasectomiam inducere aliquando mortem quae consequatur atrophiam celerrimam testiculorum. Cfr. supra, n. 70, seq. (2).

---

(1) «The assertion that «sometimes atrophy sets in rapidly and causes death», is not true even when the whole cord is tied. There is no foundation whatever for that assertion. Either Father Ferreres misunderstood the surgeons, or the surgeons misunderstood him. The Spanish physicians are equal in skill to any in the world, and it is certain that the men quoted spoke rom false data.» (*Ibid.*, p. 692.)

(2) An et quatenus nos veram Doctorum Blanc et Cardenal fideliter exposuerimus sententiam, haec scribit Dr. Blanch: «Lo que dijo el P. Ferreres dista no poco de lo que aquí le atribuye el autor.

»Nuestros lectores conocen perfectamente el artículo del P. Ferreres, publicado en *El Criterio católico en las Ciencias médicas*, de Noviembre y Diciembre de 1910. Lo único que hizo el docto jesuíta fué copiar unas palabras del Dr. D. Salvador Cardenal, en carta que escribió al que suscribe esta nota, quien, entre otras cosas, decía: «Como resultado, toda excisión, como toda ligadura del conducto (único) excretor de una glándula, ha de traer consigo, como consecuencia ísico-patológica, una de dos cosas: ó la atrofia rápida de di-

Appendix ad articulum II.

142. Vidimus alium articulum ipsius Dris. *O'Malley*, penes eamdem eph. *Ecclesiastical Review* (December, 1911, p. 716, seq.) ubi etiam (p. 719) iterum, nulla facta distinctione, supponit castratos amittere potentiam erigendi virile membrum et penetrandi vas femineum. (Cfr. supra, nn. 130, seq., et infra, nn. 172, seq.)

143. Ibidem quoque (p. 719) asserit virum qui testes habet, sed ob canalis vitium, spermatozoida (aliaque) in ipsis elaborata emittere nequit, adhuc posse validum contrahere matrimonium, quia emittit verum semen, etsi sterile. Vide quae contra hanc assertionem diximus supra n. 88 seq., praesertim nn. 105, 113. Cfr. infra, n. 159, seq.; 186, seq.

144. Quoad instaurationem communicationis inter testes et virile membrum post peractam duplicem vasectomiam asserit *ibidem*, p. 720, 721, praedictam instaurationem obtentam esse tribus in cani-

---

cha glándula ó su transformación en un quiste por retención, que acabará probablemente también por atrofia. De modo que por poco tiempo que hubiera permanecido ligado el conducto deferente, el testículo dejaría de ser tal, bajo el punto de vista de su función.» *(El Criterio católico en las Ciencias médicas,* Diciembre 1910, p. 363.) Ni el P. Ferreres ni el doctor Cardenal ni nadie dijo que la vasectomía podría producir la muerte, ni un decaimiento gradual. ¡Qué barbaridad!

»El ilustre P. Ferreres entendió perfectamente al Dr. Cardenal. Quien no entendió á uno ni á otro fué el P. Schmitt ó la *Ecclesiastical Review de Filadelfia,* que tales infundios les atribuyen.» *(Las Ciencias médicas* vol. 15, p. 76, 77, notas.)

bus, post occlusionem; sed non dicit an hujusmodi occlusio fuerit naturalis, an artificialis; nec a quo tempore post illam occlusionem instauratio tentata et obtenta fuerit. Addit ulterius ipsum Drem. Martin obtinuisse instaurationem praedictae communicationis in viro qui ab annis viginti propter epididymi infirmitatem occlusionem communicationis patiebatur (1).

145. Haec tamen nobis non videntur suficiens argumentum praebere ad asserendam practicam possibilitatem aut potius probabilitatem praedictae instaurationis in vasectomiacis, maxime post longum tempus a peracta operatione. Nam imprimis nullum profertur exemplum instaurationis post vasectomiam, sed sunt post occlusionem; deinde quae in canibus obtenta sunt, forte in viro non eodem

---

(1) «Secondly, as a matter of fact, Professor Edward Martin, of the University of Pennsylvania, has actually restored function after the ducts had been occluded, in three dogs, and finally in a man, who had had an occluding epididymitis on both sides for 20 yeards previous to the operation. Therefore I «affirm that restoration», because it has actually been done. Martin is one of the greatest surgeons in America; I have the statement from himself personally; besides, anyone may read his article on this very case in the *University of Pennsylvania Medical Bulletin*, vol. XV, No. I, March, 1902.

»To restore the function of the testicles after the vasa deferentia have been cut in vaesctomy, by reuniting the cut ends of the vasa at any points along the spermatic cords beyond the epididymides, I think is practically impossible; if the ends are reunited there, the lumina will heal shut. Martin's operation, however, wherein a loop of the vas is brought down and slit, and this slit is sewn by oculist's needles to a slit in the epididymis, is practical, and has been done with success» (p. 720).

pacto se haberent (1); demum quia unicum exemplum in viro non videtur sufficiens ad inductionem generalem.

146. Insuper notat *Dr. Cardenal* occlusionem in hoc casu non fuisse vassorum deferentium sed epididymi. (*Las Ciencias médicas*, vol. 15, p. 261, nota.) Vide infra, n. 218, seq.

147. Praeterea ipse Dr. O'Malley plane fatetur instaurationem sibi videri impossibilem conjungendo extrema ipsius vasis deferentis, idque propter rationes allatas a Doctoribus Blanc et Cardenal supra, nn. 72, seq. Dicit fieri tantum posse si vas deferens conjungatur cum epididymo.

148. Demum etsi a Doctore Martin haec operatio dicatur facilis, notat Dr. O'Malley esse hanc facilitatem sensu relativo intelligendam, id est, relate ad Drem. Martin qui peritissimus est in hac praxi operandi (2). Cfr. infra, nn. 218, seq.

149. Pervenit etiam ad nos articulus *P. Gemelli*, O. M. (cfr. *La Scuola Cattolica*, serie IV, vol. 21, p. 396, seq.), qui et ipse medicus fuisse videtur.

Ea quae circa articulum Dris. O'Malley hic observamus, pari ratione applicari possunt articulo

---

(1) Ita etiam Dr. Blanc: «La aplicacióu de lo hecho en el perro al hombre, no puede hacerse sino con muchas reservas,» Epist. ad P. Ferreres, 18 Jan. 1912.

(2) «As to the actual restoration of function after the vas has been occluded, I know of but three cases in dogs, and one in a human being. There has been no occasion to try the operation. Dr. Martin says his operation is not difficult. This statement also is somewhat relative, as Martin is a very skilful technician himself» (p. 721).

P. Gemelli, ex quo scire placeret (id quod caput est totius quaestionis) nempe, quid sit ille liquor de quo loquitur Sixtus V. et in quo differat a liquore emisso ab iis qui vasectomiam passi sunt.

150. Dicit se conjunxisse duo extrema canalis deferentis in canibus et felibus, quos antea subjecerat vasectomiae, et semper cum felici exitu, ita ut postea haec animalia etiam spermatozoida emitterent. Non tamen explicat a quo tempore perfecta jam erat vasectomia, dum redintegratio tentata fuit (cfr. infra, nn. 218, seq.).

151. Addit praeterea verum non esse vasectomiaci copulam, non secus ac copulam onanisticam, creare periculum pro femina. Hoc ultimum, si ex experientia id probant constare, facile admittendum putamus (1); nec tamen mutat ea quae circa vasectomiaci impotentiam ac ipsius illicitam copulam, ac illiceitatem operationis scripsimus.

---

(1) Totum pendet a quaestione an ille humor, quem tan castrati in adulta aetate quam vasectomiaci in vaginam immittere possunt, satis sit ad cavenda incommoda quae oriuntur ex copula absque ulla ejaculatione, ex parte viri, in vaginam. Seu quod idem est, an incommoda illa oriantur ex defectu spermatis quod ejeculari nequit a vasectomiacis; vel e contra hic defectus suppleatur per humorem illum aquosum. Cfr. supra n. 39, seq.

Articulus III

Novae observationes in novos articulos Dris. O'Malley.

§ I

Ratio scribendi.

152. Quum quaestio de vasectomia gravissima sit, ita ut sperare liceat brevi SS. Congregationes judicium suum hac de re esse laturas, nihil mirum est novos edi quotidie articulos circa hanc materiam; ideoque et nos iterum scribere hac de re coacti fuimus ut clarius veritas in dies pateat.

153. Inter auctores, qui de hoc argumento scripsere, nobilem meretur locum Dr. Medicus O'Malley, utpote qui quaestionem chirurgicam ac physiologicam in bono satis lumine sub aliquo respectu collocaverit, quamvis dolendum sit quod rem canonicam non bene perspectam habeat.

154. Ideo necessarium aliquot abhinc mensibus putavimus observationes quasdam conscribere in ipsius articulos (cfr. supra, nn. 83, seq.) Nostris observationibus respondit ipse clariss. O'Malley, qui praeterea novum etiam articulum conscripsit, cui titulus *Inseminatio ad validum matrimonium requisita* (1).

---

(1) *Ecclesiastical Review*, vol. 46 (Febr. 1912), p. 219 seq. (March.), 322 seq.

155. In haec igitur nova praeclari Doctoris scripta novas etiam nos observationes edere opportunum duximus.

§ II

Praenotanda.

156. Verum ut clarius hac in re procedatur, in antecessum notare oportet Ecclesiam numquam interdicere matrimonium propter impotentiam, nisi de ipsa impotentia certo omnino constet.

157. Si constat certo de impotentia perpetua et antecedenti, interdicit matrimonium nec permittere illud potest, quum evidenter constet matrimonium esse nullum jure naturae, ideoque illam conjunctionem esse plane illicitam.

Si certo non constat de impotentia, permittit matrimonium, quia possidet jus naturale ad matrimonium, ideoque Ecclesia praesupponit potentiam, nisi contrarium demonstretur. Cfr. Card. *Gasparri*, De matr., n. 262; *Rosset*, De matr., n. 2.426; *Wernz*, Jus Decretal., vol. IV, n. 216, nota 13; *Gury-Ferreres*, Comp. Theol. mor., vol. II, n. 789.

158. Et hoc est maximum discrimen quod intercedit inter eos de quibus certo constat non emittere nec posse emittere verum semen, et alios de quibus hoc certo non constat. Quod prae oculis in hac disputatione semper habendum est.

§ III

Impotentia vasectomiaci probatur evidenter ex Constitutione Sixti V, et ex doctrina communi.

159. His igitur praesuppositis, disputatio nostra in praecedentibus articulis ad duo praecipua capita devolvebatur, nempe ad impotentiam canonicam vasectomiaci quatenus talis, et ad possibilitatem vel impossibilitatem reparandi effectus vasectomiae.

160. In puncto primo impotentiam canonicam vasectomiaci hoc pacto probabamus. Qui nihil emittit nec emittere potest elaboratum a testiculis, nequit emittere verum semen, ideoque impotens est sensu canonum, ita ut si haec conditio sit natura sua perpetua et antecedat matrimonium, reddat ejus matrimonium nullum et irritum. Atqui vasectomiaci quatenus tales nihil emittunt nec emittere possunt elaboratum a testiculis. Ergo sunt impotentes sensu canonico, ideoque si haec conditio sit perpetua et antecedat matrimonium, dicendi sunt ita impotentes sensu canonico ut nequeant validum inire connubium.

161. Propositio minor constat ex ipsis terminis, ideoque a nemine negatur nec negari potest.

162. Propositionem majorem probavimus ex Constitutione Sixti V. et ex communissima doctrina canonistarum et theologorum. Cum igitur agatur hic de quaestione canonica, res videtur extra dubium posita. Unde tota quaestio proprie devolvitur ad

caput secundum, i. e. ad possibilitatem vel impossibilitatem reparandi effectus vasectomiae.

163. Nihilominus Dr. O'Malley conatur probare ad validitatem matrimonii, seu ut quis sit potens sensu canonico, sufficere ut possit penetrare vaginam et in ea emittere liquorem elaboratum a vesiculis seminalibus, a glandula prostatica, a glandulis Cowper et Littre: quia hic liquor, ait ille, est verum semen etsi sterile.

164. Sed Const. Sixti V. aperte dicit eunuchos et spadones utroque testiculo carentes, qui cum mulieribus se commiscent (ideoque possunt penetrare vaginam) et humorem forsan quemdam similem semini effundunt (nempe liquorem elaboratum a vesiculis seminalibus, etc.), esse impotentes sensu canonico, ita ut nequeant contrahere validum matrimonium. Cfr. supra, nn. 22, 23 et 105.

165. Et ratio a Papa allegata ea est, quia certum ac manifestum est eos verum semen emittere non posse, quia humor ille quem forsan emittunt, non est verum semen, sed aliquid simile semini, ad generationem et matrimonii causam minime aptum.

§ IV

Haec doctrina non bene impugnatur a Dre. O'Malley.

166. Argumentum hoc validissimum conatur impugnare Dr. O'Malley supponendo: 1.° eunuchos utroque teste carentes neque posse penetrare vagi-

nam neque emittere liquorem illum, quem emittunt vasectomiaci, et Papam loqui de humore illo dubitative ut patet ex verbo *forsan* ab ipso adhibito; 2.° posse eunuchos penetrare vaginam in eaque emittere liquorem aliquem, pertinere ad sententias poetarum et moralistarum, non ad veram medicam doctrinam; 3.° ad solos moralistas et canonistas spectare vocare falsum semen illud quod non elaboratur a testibus; 4.° quum spermatozoida non fuerint cognita nisi anno fere 1677 ideoque fere centum annis por Const. Sixti V, non potuit hic Papa distinctionem proponere inter verum et falsum semen.

167. Ideoque non esse intelligendam Const. Sixti V. sensu a nobis et ab omnibus theologis et canonistis explicato.

168. Verumtamen etiam si haec ei permittantur, adhuc argumenti vim ipse evadere non potest, quia verba Constitutionis hunc saltem sensum haberent: Eunuchos utroque teste carentes, quamvis possint penetrare vaginam et emittere humorem illum similem semini, esse impotentes. Ergo idem judicandum esset de vasectomiacis, quia «certum ac manifestum est eos verum semen emittere non posse».

169. Dr. O'Malley indicat humorem de quo hic loquitur Papa non esse ejusdem rationis ac est ille emissus a vasectomiacis, sed hucusque nec ipse nec ullus alius potuit asignare discrimen inter utrumque, quia revera discrimen intercedit nullum, ut jam diximus supra n. 113, et ex dicendis patebit magis.

170. Et quia videtur suam doctrinam velle fulcire auctoritate Sti. Alphonsi *(Eccl. Rev.*, June 1911,

p. 694; March, 1912, p. 323) observare oportet S. Alphonsum omnino nostram doctrinam et interpretationem Sixtinae Constitutionis tueri, lib. 6, n. 1.095, ubi scribit: «1.° *Invalide* contrahunt evirati sen *eunuchi*, quando carent utroque teste, quia non emittunt verum semen aptum generationi. Nec refert quod instar senum sterilium satisfaciant concupiscentiae feminae; quia id non faciunt per copulam natura sua aptam generationi ob defectum seminis: quod senes tamen emittunt, etsi semen senum per accidens non sit prolificum. Laymann, Bonacina, etc.

»Id certum est ex bulla Sixti V, edita anno 1587, quae incipit: *Cum frequenter*. Intellige igitur, si ambobus testiculis careant ant contusos habeant», etc. (Editio Gaudé, vol. IV, p. 224.)

Docet ergo S. Alphonsus eunuchos posse penetrare vaginam ad instar senium sterilium, posse emittere liquorem aliquem ad instar senium sterilium, sed esse nihilominus impotentes quia quod senes emittunt est verum semen, quod vero emittunt castrati non est *verum semen*.

171. Sententiam Doctoris O'Malley ferme ex integro amplexus est P. Gemelli qui scribit: «Neque ad rem facit Constitutio Sixti V quae citatur... Nam evidens est in vasectomiam passis haberi *verum semen* et non *humorem semini similem*.» *(La Scuola Cattolica*, l. c., p. 413.)

§ V

Ex doctrina clarissimorum medicorum probatur eunuchos habere potentiam coeundi (1) et emittendi falsum semen.

172. Age vero, non modo moralistae sed etiam medici eximii quorum plures adhuc vivunt ut *Bergmann*, *Surbled*, *Millant*, *Zambaco* et *Blanc*, tenent eunuchos plures, quibus in adulta aetate uterque testiculus operatione chirurgica ablatus est, posse membrum erigere et ejaculare liquorem illum qui elaboratur a glandulis prostaticis, cowperianis, etc., seu qui emittitur in distillatione, i. e., quem emittunt vasectomiaci.

173. Sic enim praeclari medici germani *Capellmann* et *Bergmann*, in egregio opere Medicina Pastoralis (in sextadecima editione germanica an. 1910) explicite testantur: *a)* eunuchos aliquoties posse copulam perficere cum utriusque partis voluptate venerea; *b)* eunuchos in hac copula ejaculare liquorem illum emissum a glandula prostatica, etc.; *c)* hunc liquorem non esse verum semen; *d)* ideoque talem copulam esse natura sua ineptam ad generationem (2).

---

(1) Cfr. supra, nn. 36, seq.; 50, seq.; 130, seq.

(2) «Eunuchus kann unter Umständen ebenfalls die copula ausführen und zwar mit voluptas venerea für beide Teile. Bei dieser copula wird aber kein semen ejakuliert (sondern nur

174. Eamdem plane doctrinam tradit Dr. *Millant* (Richardus) opere inscripto *Les eunuques à travers les âges* (Paris, 1908), p. 288, ubi plurima refert exempla (1) non modo antiqua sed etiam recentiora.

Schleim der Prostata, etc.); daher ist diese copula natura sua nicht zur Zeugung geeignet.»

Pastoral-Medizin von *Dr. C. Capellmann*, Königl. Preuss. Sanitätsrat, Ritter des päpstl. Gregoriusordens-Sechszehnte umgearbeitete und vermehrte Auflage-Herausgegeben von *Dr. W. Bergmann*—Mit kirchlicher Druckerlaubnis. Aachen 1910.

(1) «Ainsi, des eunuques qui n'auront pas été privés du membre viril pourront encore accomplir un simulacre de coït et éjaculer un liquide qui, bien entendu, n'est pas du sperme, mais le produit d'élaboration des glandes prostato-uréthrales.

»Galien n'ignorait pas cette particularité, et l'on cite des exemples nombreux de faits de cette nature. Les observations scientifiques ne manquent pas non plus: à la Société d'Anatomie de Bordeaux, Princeteau a signalé le cas d'un jeune homme de dix-neuf ans ayant subi une castration double pour lésions tuberculeuses et qui, à un an de là, se vantait d'accomplir le coït comme auparavant... Godard ne parle-t-il pas d'un eunuque qui tenta de violer la femme d'un mécanicien, après l'avoir courtisée assidûment? Enfin Franck assure que dans une ville qu'il se dispense du reste de nommer, quatre castrats pervertirent à ce point les moeurs des femmes que la police fut contrainte d'interposer son autorité pour faire cesser des scandales sans précédent.»

Postea addit hanc rationem physiologicam: «Il est certain toutefois que l'âge auquel la castration aura été effectuée présente ici une réelle importance. Mais, s'il est logique d'admettre l'action tonifiante particulière du testicule sur les centres génitaux, il est incontestable qu'abstraction faite des glandes génitales, le réseau réflexe qui préside à l'accomplissement du coït est au complet et peut fonctionner normalement. Il n'est aucune raison physiologique sérieuse pour que la castration étouffe à jamais les appétits sexuels et soit un obstacle absolu à l'exécution de l'acte vénérien» (I. Dupré). *Millant*, l. c., p. 288-289.

Idemque docet Dr. *Zambaco* (Demetrius) in opere recentissimo cujus titulus est *Les eunuques d'aujourd'hui et ceux de jadis* (Paris, 1911), p. 96-97 (1).

175. Inde est cur, ut notat *Zambaco*, ad invigilandum mulieribus non adhibeantur jam spadones, sed alii eunuchi quibus non modo testes sed etiam virile membrum fuerunt penitus ablata. *Ibid.*, p. 91. Idem observat *Millant*, l. c., p. 120 (2).

---

(1) «Les spadones sont des eunuques dont on a extirpé les glandes séminales, après avoir incisé le scrotum ou bien dont on a tranché par un coup de rasoir, à la fois, le scrotum et les testicules. Dans ces cas, le phallus persiste et les tentatives de rapprochements sexuels peuvent aboutir à des satisfactions mutuelles, bien que stériles.

»C'est précisément à cause de ce résultat négatif que les nobles romaines recherchaient autrefois les spadones pour leurs ébats lascifs, sans compromission consécutive.

»Dans ces cas, il y a tout de même éjaculation, mais elle est constituée par le liquide prostatique mêlé au produit de sécrétion des autres glandes accessoires de la génération. L'orgasme se termine donc par une expulsion quasi-voluptueuse qui est une véritable fiche de consolation. Il paraîtrait que le partenaire n'est frustré d'aucune des sensations inhérentes à l'acte physiologique.

»Ainsi que les Romains, les Byzantins se servaient de spadones.»

Id ipsum docet passim, v. gr., 92, 116, 122, 123, 184, 217, 225.

(2) «Hérodote, Xénophon ont du reste vanté leur fidélité éprouvée à l'égard de leurs maîtres. Pourtant ils y manquèrent quelquefois puisqu'on fut amené à reconnaître que la disparition des facultés viriles chez les individus privés seulement des testicules était des plus imparfaites, et que l'eunuque ainsi mutilé n'était pas sans offrir de sérieux inconvénients.

»L'opération primitive se compléta en conséquence de l'excision de la verge et l'on émascula entièrement les gardiens de harem pour les empêcher d'assouvir les désirs qui persistent assez souvent en eux. C'est encore, à l'heure actuelle, le procédé qu'emploient les Turcs.»

Et notetur utrumque hoc opus esse de speciali hoc argumento, et Drem. *Zambaco* non modo per quindecim annos medicinam exercuisse Parisiis sed etiam per multo plures Constantinopoli ubi innumeros castratos vidit, ut ipse testatur. *Ibid.*, p. 14, 17, 87, 91, 125, 141, 147, 187.

176. Ipse *Le Dentu*, quem in praecedentibus articulis citabamus, non modo ex classica ac medica litteratura, sed *ex propria medica experientia* doctrinam de potentia eunuchorum coeundi et etiam ejaculandi tuetur.

Testatur enim: 1.°, se cognovisse virum cui imprimis unus testiculus ablatus fuerat et post aliquot annos alter etiam fuerat amputatus, et qui nihilominus copulam perficiebat sicut antea; 2.°, habere observationes completas ecclesiastici cujusdam qui sibi, in juventute sua, duplicem fecerat castrationem, et post annos triginta a duplici peracta castratione adhuc experiebatur erectiones nocturnas, quamvis non perveniebant usque ad ejaculationem.

177. Ex quibus factis et ex aliis plurimis inferebat *Le Dentu* hanc conclusionem, scilicet, eunuchos castratos in adulta aetate etsi necessario sint steriles, frequenter tamen manere aptos ad coeundum (1).

---

(1) «J'ai vu il y a quatre ans, en 1865, dans le service de M. le professeur Richet, un homme qui avait subi plusieurs années auparavant l'ablation d'un testicule; une orchite chronique força à enlever le second. M. Richet a revu cet homme en 1868; rien de nouveau ne s'était produit chez lui, et il a affirmé que le coït lui était aussi facile qu'auparavant.

»Je possède l'observation complète d'un ecclésiastique

178. Cum in secundo casu dicit erectiones non pervenire ad ejaculationem, plane subindicat in priori non modo adfuisse copulam sed etiam ejaculationes humoris illius distillationis proprii, ut in vasectomiacis. Quod in secundo casu erectiones darentur probat potentiam erigendi et consequenter potentiam penetrandi vas femineum; quod vero erectiones de facto non pervenerint usque ad ejaculationem, non probat ejectionem liquoris prostatici fuisse impossibilem si ille usus fuisset copula, etc.

179. Hoc factum potentiae eunuchorum ad coeundum plene vidimus testatum in classicis latinis (supra, nn. 52, 132, seq.). Horum testimonium contemnere videtur O'Malley, sed perperam quum illud admittant celebriores medici ut *Zacchia*, *Le Dentu*, *Millant* (l. c., p. 139), *Zambaco* (l. c., p. 97, 217), *Surbled* (1), *Topai* (infra, n. 190), et quotquot nullo ducuntur praejudicio.

---

qui s'est fait lui-même dans sa jeunesse, il y a près de trente ans, une double castration; or, d'après les renseignements tout récents que je tiens de lui, bien qu'à la suite de la deuxième opération il ait recouvré un calme à peu près complet, il a encore de temps à autre des érections nocturnes qui n'aboutissent jamais à l'éjaculation. La barbe est restée intacte et la voix n'a pas changé.

»De ces faits et de bien d'autres, on peut conclure que si les eunuques châtrés dans l'âge adulte sont forcément stériles, ils restent très-souvent aptes au coït...» (Les anomalies du testicule, l. c., p. 97.)

(1) «Elle (la castration) s'appliquait généralement aux jeunes enfants, quelquefois presque après la naissance; mais un jour vint où la sensualité, par un raffinement cruel, fit choisir des jeunes gens pubères.

»Les malheureux eunuques, hommes incomplets arrêtés

180. Agitur enim de re tunc publica et passim cognita, de qua doctus quilibet testari poterat etsi medicus non esset, ut bene notat *Millant* (1). Hinc Sanctus Hieronimus dicit *delicias matronales* facere quosdam eunuchos (In Matth., l. III, c. 19: *Migne*, vol. 26, col. 135), et hoc *ad securas libidinationes*, (2) i. e. ut libidini indulgeant quin matres fiant, ut notat Martialis.

181. Et bene notandum est hic sermonem non esse de cryptorchidis, nec de eunuchis natis, sed de

---

dans leur développement, étaient condamnés au pire des esclavages: de plus en plus nombreux dans une société sans mœurs et sans Dieu, ils servaient à toutes les passions lascives. *Inter foeminas viri et inter viros foeminae.*

»Les Romaines surtout, lassées des manœuvres abortives, les recherchaient avidement pour se donner le plaisir sans la fécondité, *ad securas libidinationes*, dit énergiquement saint Jérôme. Les poètes du temps notent également l'intention criminelle de ces femmes dépravées...

»Les mêmes auteurs accablent des traits de la satire les femmes qui ne craignent pas alors d'épouser des eunuques; mais ces unions, tout illicites qu'elles soient, n'ont rien qui surprenne après les scandales signalés plus haut.

»Ces scandales devinrent tels que les empereurs Domitien et Nerva se trouvèrent dans l'obligation de sévir et portèrent plusieurs édits pour interdire la castration. Malheureusement, sous l'action des mauvaises mœurs, la loi tomba vite en désuétude, et les excès se multiplièrent.» *Surblet*, Célibat et mariage, p. 206, 207; Paris, 1900.

(1) «L'aptitude au coït, sinon à la fécondation, des sujets que l'on avait privés de leurs testicules après la puberté, était en effet une particularité connue et fort appréciée des dames romaines, *ad securas libidinationes* (saint Jérôme).» *Millant*, l. c., p. 139. Cfr. etiam p. 142.

(2) «In longam securamque libidinem exsectus spado» (*S. Hier.* adv. Jovinianum, lib. I, cap. 47: *Migne*, P. L., vol. 23, col. 277).

eunuchis factis per amputationem utriusque testiculi ut patet ex Martiali, ex Zambaco, ex Le Dentu, etc. (1).

182. Quod si tempore romanorum, et tempore Sixti V, et saeculo XIX dum scribebat *Le Dentu*, eunuchi plures quibus in adulta aetate uterque testis ablatus per amputationem fuerat, retinebant potentiam coeundi, eamdem et nunc retinerent, quum humana physiologia non mutetur.

183. Et re quidem vera Zambaco in suo opere edito nostris hisce diebus i. e. 1911, testatur se ipsum vidisse aliquos eunuchos quibus uterque testis ablatus fuerat quique nihilominus conservabant potentiam plus minus perfectam coeundi (2).

184. Etiam doctissimus medicus *Dr. Blanc* in epistola ad nos data die 30 Maji 1910, docet castratos in adulta aetate retinere complures, potentiam *coeundi*, sive penetrandi vas femineum, quam non retinent illi quibus in pueritia uterque testis amputatus fuerit (3).

---

(1) Quod Dr. O'Malley ait: «Ille medicus (scilicet Le Dentu), Pater Ferreres aliique solent Chryptorchidas perperam habere pro eunuchis natis seu congenitis», nec Dr. probare poterit nec verum est. Nos loquuti sumus de eunuchis factis in adulta aetate per ablationem utriusque testiculi.

(2) «Enfin, on pratique l'ablation des testicules dans les tumeurs et la tuberculose de ces organes. On fait même la double exérèse, le cas échéant. Ce que je dois noter, c'est que j'ai vu quelques-uns de ces complets eunuques, jeunes, qui n'avaient pas perdu complètement la faculté de coïter, tant mal que bien» (Les eunuques, l. c., p. 245).

(3) «Una cosa será si se extirpan los testículos en la niñez y otra si se castra á un adulto; los primeros llegan á la impo-

185. Unus ergo videtur esse O'Malley qui hanc potentiam eunuchorum neget. Ipse vult afferre in suum subsidium «*Curran (Provincial Medical Journal*, Leicester, April 1886), *Cheevers (A Manual for Medical Jurisprudence in India)* aliosque hujusmodi commentarios ac libros» *(Ecclesiastical Rev.*, Febr. 1912, p. 22).

Horum tamen verba ipse non adducit, nec praedicti auctores videntur tueri singularem opinionem illius.

Certe nos non legimus haec scripta *Curran* et *Cheevers*. Petivimus quidem ea a diligentissimo bibliopola Londinensi, qui dixit ea in Anglia non prostare venalia.

Rogavimus amicum Washingtoniensem ut ea nobis quaereret et emeret, sed nec ea venalia reperire potuit in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis. Verum ille amicus optimus, Professor doctissimus, in civitate Washingtoniensi invenit memorata scripta in copiosissima *The Medical Library of the Surgeon general Office, Washington, D. C.* et in epistola ad nos data 9 Octobris 1912, testatur se ibi legisse praedicta scripta et in illis nihil omnino repe-

---

tencia *(coeundi)* muchas veces y á la extinción de todo deseo venéreo (no siempre); pero los últimos, ó sea los adultos, si á veces llegan después de un período á la pérdida de la potencia y del apetito sexual, no suele ocurrir siempre; ni cuando ocurre se puede evitar un período de exaltación genital que precede á la extinción del apetito. Como el apetito genital parece regido por un centro espinal, se comprende que á un adulto, que tiene este centro perfectamente constituído, no le han de extirpar los deseos al extirparle los testículos.»

riri quod contradicat nostrae huic doctrinae, et ait praeterea *Curran* loqui de castratis quibus non modo testes ablati sunt, sed etiam virile membrum. Planum quidem est hujusmodi castratos non posse penetrare vaginam ideoque neque in illam emittere praedictum liquorem; sed de his non erat quaestio, ut est nimis evidens.

§ VI

Medicorum doctrina probatur a vasectomiacis non emitti verum semen.

186. Quod autem liquor ille emissus in distillatione, qui scilicet nihil continet elaboratum a testiculis sed producitur a glandulis Cowper, a glandula prostatica, ab uretra et a vesiculis seminalibus (nempe liquor unicus quem emittere possunt vasectomiaci), non sit verum semen, prout requiritur in copula canonice *per se apta* ad generationem, non modo est doctrina omnium canonistarum et moralistarum, ut demonstravimus in articulis praecedentibus, sed etiam quam profitentur medici praeclarissimi.

187. Sic enim hanc doctrinam exponebat saeculo XVII clarissimus ille Medicus-Legista, *Zacchia*, Questiones medico-legales, lib. 2, tit. 3, q. 9, n. 13 (Lugduni, 1701, p. 200, col. 2): «Licet autem ex iis (eunuchis), qui concumbunt, semen non emittant, tamen voluptatem aliquam coëuntes experiuntur: ut qui seminis vice viscidum quemdam humorem non

sine voluptate in coitu excernant. Gal. de usu part., lib. 14, c. 10, class. 1.»

188. Eamdem doctrinam tenent citati medici germani *Capellmann* et *Bergmann* in memorato opere inscripto Medicina Pastoralis (edit. citata, p. 155, 156) ubi docent: *a)* in distillatione emitti liquorem productum a prostata, a membrana uretrae, etc.; *b)* hunc liquorem *nihil habere commune* cum *semine; c)* hunc liquorem posse emitti etiam ab ipsis eunuchis (1).

Item Dr. *Pasteau* scribit apparatum sexualem viri constare duabus partibus, altera quae *testiculo* constituitur destinata ad *elaborandum sperma;* altera quae constat vase deferente, vesiculis seminalibus, ductu ejaculatorio etc., destinata ad *transmittendum* sperma. Unde testiculum, vocat organum productionis spermatis; reliquas vero partes, organa excretionis sive transmissionis (2).

---

(1) «Die Moralisten handeln unter dem Abschnitt «Pollutio» mit Recht auch über die sogenannte «distillatio». Die distillatio ist das Ausfliessen einer schleimigen Flüssigkeit aus der Harnröhre. Diese *Flüssigkeit ist das Produkt der Vorsteherdrüse (prostata) und der Schleimhautdrüsen der Harnröhre... Die distillatio hat nichts gemein mit dem semen,* wenn sie allein auftritt. Findet sich semen bei dem Vorgang, so handelt es sich immer um eine pollutio, niemals um eine distillatio... Die distillatio kann bei mannbaren und nicht mannbaren *(auch entmannten)* Individuen auftreten.»

(2) L'appareil sexuel de l'homme se compose de deux parties: la première portion, sécrétante, destinée à fournir le liquide fécondant ou sperme, est constituée par le *testicule;* la deuxième portion, excrétante, destinée à conduire dans l'urètre le sperme fourni par le testicule, est constituée par un ensemble de canaux qu'on peut désigner d'une façon générale

Quod etiam fere iisdem verbis tradunt *Testut*, l. c., vol. IV, p. 805. *Vigouroux*, l. c., p. 35, 36, et *Calleja*, l. c., p. 1.122.

Ergo humor non segregatus a testiculo sed ab aliis organis apparatus sexualis non est sperma, sed aliquid ordinatum ad transmissionem ipsius.

189. Idipsum docet laudatus medicus *Dr. Blanc et Benet* apud eph. *Las Ciencias médicas*, vol. 15, p. 73, nota, ubi impugnans hac in re doctrinam Dris. O'Malley (1) docet nullo modo, nisi verbis abuti velis, posse vocari verum semen liquorem illum qui emittitur a canalibus deferentibus, vesiculis seminalibus, etc., quique nihil continet elaboratum a testibus qui soli verum semen producunt, i. e. semen alio liquore non dilutum. Addit liquorem de quo loquitur *O'Malley*, esse tantum vehiculum veri seminis.

Insuper p. 80, cum retulisset verba Dris. O'Malley ubi liquorem emissum a vasectomiaco vocat

---

sous le nom de *voies spermatiques;* celles-ci forment pour chaque testicule un système à part qui vient déboucher dans l'urètre au niveau de sa portion profonde.

Le sperme passe donc successivement par les trois étapes suivantes: élaboré par le testicule *(organe de production du sperme)*, il est conduit par les voies spermatiques *(organes d'excrétion du sperme)* dans l'urètre, qui l'amène jusqu'à l'extrémité du pénis. *Pasteau (Poirier-Charpi)*, l. c., p. 241.

(1) «Consideramos un abuso de lenguaje llamar *semen* (locución latina que significa *simiente)* al líquido procedente de los conductos deferentes, vesículas seminales, etc., con exclusión de la secreción testicular que forma la verdadera *simiente*, es decir: el semen no diluído. El líquido de que habla O'MALLEY es tan sólo un vehículo del verdadero semen.»

«semen genuinum sed sterile» illum reprehendit Dr. Blanc quasi volentem ludere verbis (1).

Item, p. 258, nota 1, scribit: «Jam pluries diximus hunc liquorem *(emissum a vasectomiacis)* qui non procedit a testibus non esse vocandum semen» (2).

Demum ipse Dr. Blanc ad assertum Patris Gemelli ((*La Scuola Cattolica*, Sept. 1911, p. 416): «Vasectomia consistit in operatione chirurgica, per quam prohibetur quominus spermatozoida a testiculo perveniant in sperma», observat hunc incidere in errorem ipsius Dris. O'Malley, dum liquorem qui, eo quod non procedat a testiculis, caret spermatozoidis, vocat sperma (3).

Vide etiam supra n. 174, nota 1, ubi *Dr. Millant* dicit liquorem emissum a glandulis Cowper, ab uretra etc. non esse verum sperma. Similiter *Dr. Zambaco* distinguit pluries inter sperma et liquorem illum (4).

---

(1) «¡Qué manera de jugar del vocablo! *Genuino*, del latín *genuinus*, que á su vez viene del verbo *gigno*, engendrar, originarse, significa *propio, puro, natural*, de verdadero y legítimo *origen;* mas ¿será lícito llamar *simiente* á un líquido que no contiene lo esencial para la *sementera?* ¿Se podrá calificar de *genuino*, como quien dice procedente de la verdadera fuente, aquello que no procede del testículo, único manantial de la simiente humana?» Vide etiam, p. 292, nota 1.

(2) «Ya hemos dicho repetidas veces que á ese líquido que no procede del testículo no debe llamarse semen.»

(3) «Aquí *Gemelli* incurre en el mismo error de O'Malley de llamar esperma al líquido que, no procediendo de los testículos, carece de espermatozoides; abuso que combatimos en notas al artículo del doctor americano.»

(4) «Il y a parfois chez quelques eunuques une éjaculation constituée par le *produit de la sécrétion de la prostate et des*

190. Denique placet omnia quae hic dicta sunt (nn. 172-189) confirmare auctoritate Doctoris *Topai* (Francisci) e primariis Chirurgis urbis Romae, in opusculo inscripto «De necessitate uteri in generatione et matrimonio» (1). Hic imprimis explicans verba illa Const. Sixti V, ubi papa dicit de quibusdam eunuchis vel spadonibus quia... «*humorem forsan quemdam similem semini, licet ad generationem et ad matrimonii causam minime aptum effundunt*» scribit hanc notam (p. 68): «Humor hic refertur ad secretionem prostatae, vel glandularum *Cooper*, uti aiunt, vel canalis deferentis, qui humor in conditionibus normalibus iungitur liquori spermatico, et juxta finalitatem naturae, videtur quod sit ordinatus tantummodo ad partes genitales lubrificandas.» Unde ex testimonio Doctoris *Topai*, humor de quo loquitur Sixtus V, est ille qui emittitur a glandula prostata, a glandulis Cowper etc., i. e. ille ipse humor quem solum emittunt vasectomiaci: et hunc humorem dicit non esse verum semen, et esse ineptum ad valorem matrimonii.

Postea vero (p. 69) asserit, Sixtum V, in laudata

---

glandules accessoires. Et si la verge est conservée (comme chez les spadones, et même un petit bout) il y a simulacre de coït, avec chatouillement quasivoluptueux, pendant l'expulsion de cette *mucosité complexe.* Dans l'état normal, le mélange *de ce liquide* avec **le sperme**, liquéfie ce dernier et augmente les sensations pendant l'éjaculation. Tandis que lorsque le sperme est épaissi, comme cela a lieu après une longue abstinence, son passage dans l'urètre devient douloureux.» (*Zambaco,* Les eunuques, l. c., p. 122.)

(1) In linguam latinam vertit Prof. Joach. Sestili Phil. et S. Theol. Doct. Ed. altera.—Romae, 1903.

Constitutione loqui de eunuchis et spadonibus qui poterant penetrare vaginam in eamque immittere praedictum humorem, et admittit etiam quoad potentiam eunuchorum seu spadonum testimonia, quae nos jam antea citavimus, poetarum classicorum:

«In Constit. Sixti V proinde agitur de Eunuchis et Spadonibus «qui, Zacchiae verbis utens (Op. cit., lib. II, tit. 3.°, quaest. VII, n. 13), voluptatem aliquam coeuntes experiuntur, ut qui, seminis vice, viscosum quemdam humorem (de quo in nota pag. praec.) non sine voluptate in coitu secernant.» (Gal. de usu part. lib. 14, c. 10, class. I. Puraeus, lib. 23, cap. 37, etc.); agitur de illis, dicam pariter cum Zacchia, qui «ad Venerem stimulantur et eam valide exercent, unde illud in Sacris Litteris, Ecclesiast., 20, vers. 2. *Concupiscentia Spadonis devirginabit iuvenculam*»; agitur de iis quibus mulieres nubunt «praesertim hunc ipsum eorum defectum scientes», uti olim romanae feminae de quibus Iuvenalis: «Sunt quas Eunuchi imbelles ac mollia oscula delectant.» Quorum Terentius in Eunucho meminit dicens: «amatores mulierum esse eos maximos.» De quibus etiam Hotmann: «D'autant qu'en un homme —sola erectio virgae et intromissio non sufficiunt... quia aliter qui utroque teste caret aptus ad matrimonium videretur— comme il a été observé in Eunuchis.» Et Sprengel addit: «unde libidinosae mulieres eunuchorum amplexus amare dicuntur.»

§ VII

Tempore Sixti V, et multo antea cognitum erat discrimen inter verum et falsum semen.

191. Ad illud vero quod addit, scilicet tempore Sixti V ignotam esse existentiam spermatozoidorum, (1) respondendum est quod non modo tempore

---

(1) «Necesse est in nostra dissertatione conspectum praebere historiae progressus illius scientiae quae physiologiam spermatozoidi spectat. Ratio est quod decretum Sixti Pa-

Sixti V (1585 † 1590) sed etiam mille annos antea jam sciebant homines eum qui nihil emittat a testiculis non posse generare, ideoque quaerebant sibi matronae romanae viros a quibus faciebant amputare testes, ut voluptatem copulae haberent nec tamen fierent matres, et hoc absque necessitate utendi abortivo, ut jam vidimus.

192. Praeterea saeculo XIII, S. Thomas Aquinas (1227 † 1274) opusc. 64, in edit. Romana (57 in editione Parmensi anni 1864, vol. 17, p. 312-314) jam ponit distinctionem inter liquorem emissum in distillatione (quem vocat fluxum libidinis) quique procedit a vesiculis seminalibus, a glandula prostata, etc., et verum semen elaborantum a testiculis et emissum in pollutione; quam distinctionem perpetuo retinent auctores, v. gr., Card. *Cajetanus* († 1534), Opusc., t. 1, tr. 22, v. *Quoad secundum; Sánchez* († 1610), De Matr., lib. 9, disp. 17, n. 17; disp. 45, nn. 2, 31 seq.; *Laymann* († 1625), lib. 3, sect. 4, n. 18; *Busembaum* († 1668), Medull., lib. 3, tr. 4, c. 2, dub. 4, resol. 1; *Salmanticenses* (saec. XVII), tr. 26, c. 7, n. 35, et postea passim omnes moralistae.

193. Ergo jam plurimis annis ante Sixtum V cognoscebant theologi et canonistae distinctionem

pae V., de quo supra dictum est, a quibusdam scriptoribus tamquam definitio papalis veri seminis ad potentiam viri requisiti allegatur. Cum autem hoc decretum promulgatum sit 90 annis ante quam spermatozoida primo detecta sunt, et 288 annis antequan ab Oscaro Hertwig (anno 1875) demonstratum est quomodo spermatozoida ovum foecundent, Sixtus V., qui obiit anno 1590, de existentia spermatozoidorum nullam habebat notitiam.» *(Eccles. Rev.,* March. 1912, p. 328.)

inter verum semen elaboratum a testibus, et falsum semen profluens a vesiculis seminalibus, a glandulis Cowper, etc., quamvis nihil scirent de spermatozoidis.

§ VIII

Eo quod matrimonium permittatur senibus aut viris affectis duplice epididymitide, non probatur vasectomiacos emittere verum semen.

194. Liquorem emissum a vasectomiaco esse verum semen, etsi sterile, voluit probare paritate desumpta a senibus quibus ecclesia permittit matrimonium. Hanc paritatem nos impugnavimus. (Cfr. supra, nn. 28 seq., 97 seq.)

195. Profecto Dr. O'Malley sat clare jam vidit ex eo quod ecclesia senibus matrimonium permittat, nihil inferri solide posse in favorem matrimonii hominis vasectomiaci, quia senes vel fecundi sunt, vel emittunt spermatozoida etsi ob diversas causas inepta sint ad fecundationem, vel emittunt aliquid veri seminis elaborati a testibus, vel saltem non constabit certo eos nihil hujusmodi de facto emittere, aut emittere posse; quum e contra haec omnia impossibilia esse pro vasectomiaco certissimum sit.

196. Quod senes etiam im provectissima aetate emittere possint non modo verum semen sed etiam fecundum, constat ex dictis in articulis praecedentibus (nn. 28 seq., 97 seq.) et praeterea ex his quae legimus penes clarissimos Doctores *Lyon* et *Waddell* de senibus qui filios genuerunt in aetate annorum se-

ptuaginta et unius, octoginta et unius, nonaginta et duorum; necnon de diversis casibus in quibus inventa sunt spermatozoida indicativa fertilitatis in semine hominum qui jam superaverant aetatem nonaginta annorum. Casper ea invenit in sene annorum nonaginta et sex (1).

Cfr. etiam *Zambaco*, l. c., p. 122.

Latius hoc exponit Dr. *Topai*, l. c., p. 75: «Nec infrequentes habentur casus de permanentia generativae facultatis in viro, ultra limitem qui ordinarie assignatur, quum perplures narrantur in quibus apparet generativam potentiam usque ad extremam senectam permansisse.»

Postea addit in nota: «Curling vidit spermatozoa in liquore spermatico elaborato a testiculis viri 70 ann., et in altero 87 ann., Wagner dicit spermatozoa esse reperta in eodem liquore virorum a 70 ad 80 ann., Rayer idem refer de viro 82 ann., Debrou retulit varios casus non absimiles; Dieu 106 autopsias cadaverum virorum perfecit a 64 ad 87 aetatis ann. et proportione 39 $^0/_0$ spermatozoa invenit; facta quam maxime favent potentiae generativae asserendae in viro usque ad 100 aetatis ann.— Haec omnia leguntur in opere cl. Taylor (Tratt. di medi-

(1) «Cases, however, are recorded of the procreation of children by men of seventy-one, eighty-one, and ninety-two; and spermatozoa have in several cases been found in the seminal fluid (indicating fertility) of men over ninety. (Taylor, Med. jur. II, p. 291.) Casper (II, p. 258, 291) once found them in a man aged ninety-six.» J. B. *Lyon*, and L. A. *Waddell*, Medical Jurisprudence for India. Fourth edition. London, 1909, p. 207, 208.

cina legale, trad. Napoli, 1882) Casper, uti narrat Duplay, invenit verum sperma cum fibrillis spermaticis apud 51 senes inter quos 19 aetatis annum sexagessimum praetergressi erant; De Maria, in quadam nota addit: «Il danese Timmius constató fibrille spermatiche in un vecchio di 94 anni.» Ziino affirmat quod Sir Stephan Fox filios habuit usque ad aetatem 81 ann., Ruttel refert de quodam viro qui uxorem duxit quum 92 esset annorum et duos habuit filios; Massinissa Numidiae rex genuit aetate 87 annorum. Cato Maior genuit 88 annor., Wladislaus Poloniae rex duos genuit filios 90 aetatis anno; Valesius Tarentinus mulierem fecundavit dum 67 ageret annum; legitur apud Laura de quodam qui adulterii crimine convictus fuit aetate 118 ann.; Suvrington Norvegensis, iuxta Bonucci, filium genuit aetatis ann. 151. Ceterum Avicenna iamdudum dixerat elementum prolificum usque ad 78 ann. vel etiam 90 exstare; Aristoteles quoque scripsit: (Politic. lib. VII, c. 16) finis gignendi, ut plurimum, viris quidem septuagesimus annus est.»

197. Hinc clarissimus O'Malley recurrit ad virum affectum duplici epididymitide, his verbis.

«Senex autem non est exemplum contemplatu optimum. Juvenis potius, qui etsi ob duplicem epididymitidem sterilis est, tamen matrimonium tum validum tum licitum inire potest, omnino aequiparatur viro vasectomiaco, excepto quod prior sterilis factus est gonorrhoea, posterior manu chirurgi. Jam vero paragrapho 23 Pater Ferreres scribit: «In sensu canonum »qui nihil emittit elaboratum ab ipsis testiculis non emittit »verum semen, et qui verum semen non potest emittere est »certe impotens sensu canonico ad contrahendum matrimonium.» Quae si vera sunt, curnam canonistae permittunt viro

ob duplicem epididymitidem sterili matrimonium contrahere? Quod reapse permittunt, et semper permiserunt, et semper permittent. Antecedens illud ergo est falsum, et si quis Motu Proprio *Cum frequenter* ad illud probandum utatur, hanc Constitutionem pontificiam perverse interpretatur, uti ostendam in meo de Inseminatione commentario (1), mense Martio in hac ephemeride edituro.» *Ecclesiastical Review*, vol. 46 (Febr. 1912), p. 222.

198. Verum ut haec clarius intelligantur notandum est epididymitidem nihil aliud esse nisi inflammationem epididymi (2). Epididymus vero est ductus sive canaliculus (unus in unoquoque testiculo) per quem sperma deducitur a testiculo (i. e. a conis

---

(1) Revera non potuit hoc ostendere, ut ex dictis et ex dicendis patet.

(2) «Epididimitis no quiere decir sino inflamación del epidídimo; la cual puede venir por causas muy diversas, con lo cual se producen también efectos (ó sea epididimitis) de forma muy distinta. Un golpe, v. gr., no desarrollará el mismo proceso morboso que una blenorragia, y ésta no será causa igual á la sífilis ó á la infección producida por una sonda sucia, en cuanto á la epididimitis que sobrevenga. Al inflamarse el epidídimo, podrá ponerse tan sólo tumefacto el epitelio que tapiza los conductillos del epidídimo, y obstruir momentáneamente y por un tiempo la luz del conducto, resolviéndose después poco á poco sin mayor daño y restableciéndose la cavidad; pero si la inflamación es muy intensa, no sólo se hincha el epitelio, sino que cae, y entonces á veces la pared del conducto se suelda á trechos por tejido de cicatriz y queda obliterada al desaparecer la inflamación. Pero no es seguro que esto deba ser así aunque la inflamación sea intensa; pues aun así puede irse restableciendo después el calibre del conducto por algún mecanismo. Puede ser que en uno de los epidídimos se restablezca y no en el otro, etc. Ante una epididimitis doble nadie podrá decir con certeza si quedará cerrada la comunicación de ambos conductos, ni si la incomunicación será sólo temporal ó definitiva.» *(Dr. Blanc* in ep. ad P. *Ferreres*, 7 Mart. 1912.)

efferentibus) ad vas sive canalem deferentem (vide supra, n. 11 seq., n. 72 nota) cum quo continuatur. Ductus epididymi, quamvis si extendenderetur attingeret longitudinem 6 metrorum vel amplius, supra se circumvolvitur et testiculo adhaeret ita ut efformet corpusculum longitudinis quinque cm. Diametrum externum hujus ductus in parte media est 350-450 μ (micron) sive 0,35-0,45 millim; diametrum vero lucis circiter 150 μ, seu 0,15 millim. Cfr. *Pasteau (Poirier-Charpy)*, l. c., p. 298, seq.; *Testut*, l. c., p. 826, seq.

199. Jam vero eamdem disparitatem ac forte majorem adesse inter juvenem duplici epididymitide affectum et vasectomiacum, ac inter senem et vasectomiacum liquido constat.

Nam juxta Doctorem Fournier obstructio canalis deferentis propter duplicem epididymitidem est tantum temporalis in longe maximo casuum numero; et juxta Doctorem Hardy post temporis periodum, inter duos scilicet menses ac duos annos, homines affecti duplici epididymitide iterum fecundi sunt, ita ut sterilitas consequens duplicem epididymitidem sit rara exceptio.

200. Alii vero ut Doctores Liégeois et J. William White, quibus videntur accedere Bollet, Bumstead, Jullien et Fürbringer, etsi in severiorem sententiam propendant, nihilominus admittunt quod ultra 10 % iterum emittunt spermatozoida (1).

---

(1) «There is a popular belief among physicians to the effect that gonorrhœal epididymitis, if at all severe, forever prevents the discharge of spermatozoa from the testicle of

201. Imo hoc ipsum fatetur Dr. O'Malley in suo articulo de inseminatione ubi haec scribit: «Inflammatio simultanea utriusque epididymi spermatozoidorum ejectionem prohibet; viri qui hoc morbo laborant saltem ad tempus steriles sunt; ordinarie tubuli obstructi manent tantum per nonnullos menses natura ipsa providente; aliquando tamen obturatio est perpetua.» Cfr. *Ecclesiastical Review*, vol. 46, p. 331. Praeterea docent Doctores Monod et Terrillon spermatozoida emitti etiam per duas tresve hebdomadas postquam duplex epididymitidis initium habuit (1).

---

the affected side, and that if both sides are involved in this inflammation the patient will remain sterile, though there may be no alteration in his sexual appetite or ability. This belief is founded on the statement of Godard, who, in 1857, examined the semen of 30 patients who had suffered from bilateral epididymitis; spermatozoa were absent in all. Liégeois, of 83 cases, could find spermatozoa in but 8. F. William White, of 117 cases, noted restoration in but 13. Bollet, Bumstead, Jullien, and Fürbringer all state that the appearance of spermatozoa in the semen after double epididymitis is the exception, and Monod and Terrillon find that in these cases spermatozoa are not observed. Against these opinions may quoted that of Fournier, who believes that the obliteration of the spermatic duct incident to epididymitis is temporany in the vast majority of cases; while Hardy holds that, after a period varying from two months to two years, such patients are able to procreate, sterility in reality being an exceedingly rare sequel of double epididymitis.»

(The surgical treatment of sterility due to obstruction at the epididymis. Together with a study of the morphology of human spermatozoa. By *Edward Martin*, M. D., J. *Berton Carnett*, M. D., J. *Valentine Levi*, M. D., and M. E. *Pennington*, Ph. D. Univ. of Penna. Medical Bulletin University of Pensylvania, March, 1902, p. 11.)

(1) «In some of the recent cases examined by Balzer and

202. Patet ergo obstructionem illam esse vel esse posse mere temporalem, *naturaliter* aut ope *ordinariae* medicinae *cessaturam.*

203. Non ergo constabit certo illum hominem nihil emittere aut saltem posse emittere elaboratum a testiculis, imo nec constabit certo non emittere aut posse emittere etiam spermatozoida apta ad generationem. Ergo non constabit certo de impotentia. (Cfr. supra nn. 156-158.)

204. Contrario tamen modo evenit in vasectomiaco qui nec emittit, nec emittere *per se* potest quidquam elaboratum a testibus; quae impotentia *naturaliter* cessare nequit.

§ IX

Neque ex eo quod Ecclesia non impediat matrimonium feminae excisae, probatur potentia viri duplicem passi vasectomiam.

205. Nec magis proficeret si quis argumentum desumeret a feminis oophorectomiam seu fallectomiam (1), passis vel a mulieribus excisis quarum

---

Souplet, spermatozoa had disappeared six days after the beginning of the inflammation—a result not in accordance with the teaching of Monod and Terrillon, who state that in double epididymitis spermatozoa persist in the semen for two or three weeks from the beginning of the attack.» (Dr. *Edw. Martin*, etc., l. c.)

(1) Oophorectomia vel fallectomia dicitur operatio qua in femina resecantur oviducta, seu canales deferentes ovula ab

matrimonium Ecclesia non impedit quamvis ovula emittere non valeant. Eadem namque adest disparitas; et aequivocatio eadem solvitur distinctione.

206. Etenim quoad vasectomiam duo habemus *certissima:* alterum circa jus, alterum circa factum, scilicet: *a)* ad valorem matrimonii requiri ut vir verum semen elaboratum in testiculis emittere possit intra vaginam aut saltem ad os ejus; *b)* vasectomiacum haec praestare non posse. Primum constat ex unanimi doctrina theologorum et canonistarum nec non ex Constitutione Sixti V, ut probatum est; alterum nemo negat, nec potest negare, quum evidenter constet ex ipsis terminis.

207. E contra quoad mulierem excisam duo habentur *dubia*, alterum juris, alterum facti, scilicet: *a)* an ad validitatem matrimonii requiratur ut femina ovula emittere possit vel saltem habeat ovarium aliquod, aut fragmentum ejus; *b)* an in muliere quam constat fuisse excisam, remanserit aliquod ovarii fragmentum, sive medico id de industria curante (cfr. Dr. *O'Malley*, apud *Ecclesiastical Review*, vol. 46, p. 326), sive contra ejus intentionem eo quod celeriter perficiendo operationem fragmentum reliquerit, vel quia aliud ovarium

---

ovariis ad matricem qui canales etiam trompae fallopianae appellantur. Hanc operationem esse illicitam et quidem graviter, sicut etiam operationes quibus uterus aut ovaria aut omnia simul auferuntur, probatur ex argumentis allatis contra vasectomiam, praeter quam quod non constat de impotentia feminae. Vide supra n. 32, seq. Fieri pariter poterunt si necessariae sint ad salvandam vitam etc. Cfr. infra nn. 255, 277, seq.

femina habuerit supplementarium (1). Cfr. infra, nn. 241, 257, 262, 265, 274 cum nota.

208. Quod autem dubium sit dubio juris an ad validitatem matrimonii requiratur in femina ut habeat aliquod ovarium, aut fragmentum ejus, constat ex acerrima disputatione quae viget inter theologos et canonistas prout dicimus infra nn. 236, seq., vel apud *Gury-Ferreres*, Comp., vol. II, n. 856 bis, edit. 6.ª Argumenta singula vide apud *Ojetti*, Synopsis, V. Impotentia, col. 2.220-2.276, edit. 3.ª His adde nullam hucusque prodiisse Ecclesiae declarationem hoc dubium dirimentem. Cfr. infra, nn. 244, seq.; 268, seq.

209. Ratio discriminis ea esse potest quod ejaculatio seminis se tenet ex parte copulae; emissio vero ovuli, non ita: quia ovulatio (cfr. *Antonelli*, Medicina Pastoralis, vol. I, n. 201) est independens a copula, ita ut etiam in virgine castissima singulis fere mensibus (ab anno 12 ad 45 circiter) ovulum dehiscat; emissio vero seminis viri in ipsa copula per

---

(1) Etiam aliqui putarunt se invenisse testes supplementarios in viro; sed res est valde dubia, ut docet *Pasteau:*

«On a parfois décrit des augmentations du nombre normal des testicules. Blasius, Prankerd, Sinibaldi, F. Hewet auraient vu trois testicules chez le même sujet; Bligny, quatre; Scharff, cinq. Mais, aucune de ces observations ne présente des bases d'examen suffisantes pour être admises sans conteste, sauf peut-être celle de Blasius et celle de Lombardi *(Presse méd.*, 1905). Il est plus rationnel de penser qu'il s'agissait presque toujours de cas pathologiques dans lesquels la présence de kystes, de tumeurs ou de masses épiploïques doit tout expliquer.» *Pasteau (Poirier-Charpy),* l. c., p. 267. Ita etiam *Testut*, l. c., p. 811, seq.

se haberi debet. Dubium vero facti sat communiter auctores admittunt, etiam qui in quaestione juris contrariam tuentur sententiam.

210. Ergo stante duplici hoc dubio, aut etiam solo primo, Ecclesia non impedit matrimonium ut dictum est supra (nn. 156-158) et evidenter patet ex iis quae infra dicemus, nn. 233, seq. et 242; in primo vero casu impedire debet.

§ X

Quid tandem requiratur, quid vero non, ad potentiam juxta sacros canones.

211. Requiritur ergo ad potentiam in sensu canonum, ut quis emittat vel saltem *per se* emittere possit in vaginam semen elaboratum a testiculis; ad quod necesse est 1.° ut habeat testes; 2.° ut secretionem illam testiculorum emittere exterius modo debito possit. Quod ultimum deficit in vasectomiaco.

212. Non tamen requiritur ut de facto emittat spermatozoida, nec multo minus spermatozoida mobilia actu seu apta ad generationem: satis est ut *per se* emittere *possit*, aut certo non constet quod non potest emittere; quamvis de facto et *per accidens* vel non emittat vel ea emittat inertia seu actu inepta ad generationem.

213. Unde nullus moralista vel canonista est qui dicat, ut videtur eis imponere Dr. O'Malley, «spermatozoida esse conditionem sine qua non ad validitatem matrimonii» *(Eccl. Rev.*, March, 1912, p. 334),

vel qui requirat «ut fructus testiculorum, spermatozoida nempe, necessario adesse debeant in semine ad matrimonii validitatem» *(Ibid.)*

214. Hinc corruit argumentum Dris. O'Malley dum scribit: «Si moralistae ad validitatem matrimonii ex parte viri requirunt «effusionem completam veri seminis apti ad generandum», et si haec verba strictissimo sensu accipiuntur, secundum praesentem nostram scientiam de semine, necessario postulare debent effusionem in vagina a semidrachma ad sesquidrachmam seminis quod continet: *a)* spermatozoida activa et secretionem testiculorum; *b)* secretionem vesicularum seminalium; *c)* secretionem glandulae prostaticae; *d)* secretiones glandularum Cowperii et Littrei» *(Eccl. Rev.,* March, 1912, p. 332).

215. Ad argumenta quibus probavimus posse aliquem emittere aliquid elaboratum a testiculis, ideoque verum semen, quamvis spermatozoida non emittat, quia testes praeter spermatozoida aliquid aliud excretant ut plurium medicorum auctoritate probavimus (n. 91, seq.), Doctor, etsi admittat hoc ultimum, respondet nihilominus, certo probari non posse an ille qui non emittit spermatozoida emittat necne aliquid aliud elaboratum a testibus.

216. Sed quamvis hoc ei concederetur, vim tamen argumenti non effugiet: quia de sene aut de alio de quo constet non emittere spermatozoida, non constabit an non emittat vel emittere possit aliquid elaboratum a testibus. Ergo non constabit eum non emittere aut non posse emittere verum semen. Ergo non constabit de impotentia. E contra de vasecto-

miaco quatenus tali constat certissime ipsum nihil emittere nec emittere posse elaboratum a testibus. Cfr. supra, nn. 156-158.

217. **Conclusio praecedentium paragraphorum.** Ex hucusque dictis certisime constat de impotentia viri duplicem vasectomiam passi. Utrum vero haec impotentia dicenda sit perpetua ita ut si fuerit antecedens reddat matrimonium nullum, pendet a quaestione de possibilitate reparandi effectus vasectomiae, quam quaestionem attingimus in § sequenti.

§ XI

De restauratione communicationis inter canales deferentes et testes post peractam vasectomiam.

218. Quoad illam quaestionem an et quatenus, post vasectomiam peractam redintegratio communicationis inter testes et virile membrum obtineri possit, praeter ea quae jam alias scripsimus haec notare juvat. Legimus quae *Dr. Eduardus Martin*, Professor in Universitate Pennsylvaniae, chirurgus hac in re nobilissimus, scripsit in opusculis inscriptis: *A further contribution to the history of operation on the seminal canal for sterility.* EDUARD MARTIN, *Philadelphia* (1), necnon *The surgical treatment of sterility due to obstruction at the epididymis.* Vide supra, n. 200, nota.

---

(1) Reprinted from the Transactions of the Americam Urological Association, 1909.

219. In hisce articulis in quibus continentur ferme omnia quae hac in re dici hodie possunt, egregius Dr. *Martin* plures casus refert in quibus operatio instauratoria a se vel ab aliis chirurgis tentata fuit; **sed nec unus est casus ibi** (vel alibi, quod sciamus) **relatus in quo instauratio obtenta** *(imo nec intentata)* **fuerit in homine post vasectomiam.** Ferme omnes operationes fuerunt peractae propter epididymitidem, et complures nihilominus infelicem habuerunt exitum, nempe novem ex quindecim sive 60 °/₀.

Ex hisce opusculis, sequentes conclusiones inferri posse videntur, quae innituntur, ut videbimus, auctoritate Doctorum *Blanc* et *Cardenal.*

220. Operatio illa redintegrationis nec facilis dicenda est (quod etiam fatetur Dr. *O'Malley apud Ecclesiastical Review*, December 1911, p. 721), nec secura quoad optatum finem obtinendum. Ita etiam *Dr. Blanc*, apud *Las Ciencias médicas*, p. 192, n. 5.

221. Casus enim in quibus feliciter obtenta fuit redintegratio in epididymite, probabilitatem aliquam faciunt quod etiam post vasectomiam, saltem recenter peractam, obtineri etiam redintegratio poterit; sed haec aliqualis probabilitas longe valde distat a morali certitudine gignenda, tum quia in operatione propter epididymitidem optatus eventus pluries fefellit (60 °/₀), tum etiam quia quum nunquam in homine reparatio (1) illa obtenta nec intentata fuerit

---

(1) P. Gemelli, ut alias vidimus (supra, nn. 149, seq.) dicit se eam obtinuisse in canibus ac felibus ac semper cum felici exitu, sed quum non describat adjuncta quibus operationes

post vasectomiam, non habemus fundamentum sufficiens ad inferendam generalem ac certam favora-

---

peractae sint, ejus testimonium non multum medicos ac physiologos movet. Eo vel maxime quod dicit se eam adhibuisse methodum (conjungendi scilicet extrema ipsius canalis deferentis) quam impossibilem putat vel ipse O'Malley. Vide supra, n. 147.

Hinc Dr. Blanc ad nos scribebat in epistola diei 23 Februari 1912: «Me ha hecho muy mal efecto que Gemelli no expusiese con muchos más detalles sus experimentos en perros y gatos. La importancia de los mismos requería algo más que las pocas líneas que les dedica. Al hablar, v. gr., de las *alteraciones* que *derivan de la ausencia de la secreción interna del testículo,* debía detallar en qué consistían estas alteraciones que halló en los castrados y no en los vasectomizados. Para los fisiólogos será poco instructivo el artículo.» Postea vero apud *Las Ciencias médicas,* Sept. 1912, p. 291, nota 1, haec scripsit: «También debemos aquí lamentarnos de que nos haya privado el *Dr. Gemelli* de conocer todos los detalles de sus experimentos; pues, según se ha visto, el *Dr. O'Malley* nos decía en el artículo que figura en el número anterior: «Restablecer la función de los testículos, después de haber sido cortados los conductos deferentes en la vasectomía, por la reunión de los extremos cortados de los conductos en cualquier punto..., yo lo creo prácticamente imposible.» Y la razón que daba O'Malley para creerlo prácticamente imposible era la escasa luz del conducto, el cual al cerrarse por cicatriz quedaría sin duda obstruído. Ahora bien, como en los perros y gatos es de suponer que el conducto sea aun de menor calibre que en el hombre, en ellos la soldadura sin obstrucción de los cabos cortados debe ser todavía más difícil que en el hombre. Por esta razón era muy necesario que el *Dr. Gemelli* acompañase su artículo de dibujos y fotografías del estado de los tejidos después del restablecimiento del conducto y de todo cuanto pudiese ilustrar al fisiólogo respecto á estos dos puntos tan importantes de los efectos de la vasectomía sobre el testículo y de los efectos de la operación del restablecimiento sobre los conductos y los mismos testículos. Convendría asimismo tener detalles del proceder operatorio y del instrumental de que se sirvió para la operación del restablecimiento que *O'Malley* consideraba imposible.»

bilem conclusionem: forte praxis docebit incommoda plurima reperiri in operatione peragenda post vasectomiam, quae non adsunt si operatio peragatur propter epididymitidem.

222. Quod autem haec incommoda adesse possint, non levibus indiciis conjectari licet, nam in epididymite vasa ita suam integritatem servant, ut naturaliter post aliquot menses suas functiones recuperent, et forte aliqua communicatio inter testes et membrum virile constanter servatur, quamvis spermatozoida non emittantur durante infirmitate; in vasectomia vero, vas deferens non modo vulneratur, sed plane scinditur et tota communicatio redditur impossibilis.

223. Imo aliquod periculum atrophiae pro ipsis testibus, protendere videntur facta testata ab ipso *Dre. Martin*, scilicet: *a)* in epididymite, spermatozoida similia esse iis quae reperiuntur in testibus viri recenter defuncti (1); *b)* post obtentam instauratio-

---

(1) En verba Dris. Martin: «Semen sent for examination nineteen days after operation and twelve hours after emission showed motile spermatozoa, apparently healthy, but corresponding on microscopical study to the type observed in the epididymis of the human testis removed after death and subjected to examination.» *(The surgical treatment of sterility,* etc., p. 14.)

Idem testatur in alio opusculo nuper citato:

«Semen twelve hours old, sent for examination a little more than two weeks after operation, showed spermatozoids, not so plentiful as usual, but actively motile. The differential count showed that 50 per cent of the cells present had either a much enlarged middle piece or one showing a protuberance somewhere along it. In nearly all of them the middle piece was more marked than those usually observed. These cells correspon-

nem, spermatozoida sana aliquando per plures menses (1) non haberi: videntur igitur hujusmodi cellulae sanae non esse durante occlusione.

224. Ergo si hujusmodi effectus, post occlusionem magis minusve imperfectam et ad breve tempus duraturam, apparent, nonne prudenter timendum est graviores fieri post vasectomiam, quum vasa deferentia plane scindantur et tota communicatio intercepta omnino maneat? Quid ergo si haec incommunicatio per plures annos perseveret? Quod etiam confirmari videtur ex testimonio clarissimi Medici relato ab Eschbach (2): ille enim testatur se peregisse vasectomiam in quodam viro, et hunc post decem menses referre characteres hominis castrati (3).

---

ded in type to those observed in the epididymis of the human testis removed after death and subjected to examination.» (*A further contribution*, etc., l. c., p. 1-2.)

(1) «The spermatozoa may not appear in the emission for weeks or months after the operation.» (*A further contribution*, etc., p. 13.)

(2) Recens Ill. Dr. G. sic ad nos scribebat: «J'avais dû pratiquer la vasectomie sur un individu. Je l'ai revu dix mois après; il avait toutes les allures d'un castrat.» (Cfr. *Analecta eccles.*, Sept.-Oct., 1911, p. 384, nota.)

(3) *Duval et Gley* testantur degenerationem testiculorum, quoad vim conficiendi sperma, oriri ex ligatura canalium deferentium, etsi glandula interstitialis detrimentum non capiat:

«Si se réalise la sténose des voies excrétrices du sperme soit par ligature des canaux déférents, soit par injection dans l'épididyme d'une substance sclérogène (chlorure de zinc), on constate, plusieurs mois après, la dégénérescence de la glande séminale et l'intégrité de la glande interstitielle; or, les animaux ainsi traités ont conservé tous leurs caractères sexuels et leur activité génitale (expériences de P. Ancel et P. Bain sur le lapin, 1904). Ainsi est obtenue une dissociation fonction-

225. Sed quia peritis in arte credendum est, rogavimus Drem. Blanc ut per se et per Drem. Cardenal opuscula illa vellent examinare judiciumque ad nos scribere suum. Quae vero ad nos scripsit Dr. Blanc, litteris datis Barcinone 18 Junii hujus anni, sunt sequentia in quibus nostrae assertiones gravissimum habent fundamentum. Imprimis proponit judicia Dris. Cardenal hisce verbis:

«Díjome... que había leído los dos folletos con interés, el grande (1) no todo, pero sí el pequeño (2), y que de ellos había sacado las siguientes impresiones:

»1.ª Que la glándula testicular no está demostrado por estos folletos que sea distinta de las demás glándulas, las cuales, una vez obstruidas, degeneran.

»2.ª Que la operación del restablecimiento del curso del esperma es cosa factible; más bien por implantación de un cabo del conducto deferente sobre el epidídimo que no por la deosculación que pinta la figura del folleto grande.

»3.ª Que, aun siendo factible, ha dado poquísimos resultados verdaderos, y ninguno después de la vasectomía, que conste en los folletos.

---

nelle entre la glande reproductrice et la glande interstitielle». *Duval et Gley.* Paris, 1909, 9.e édit, p. 693.

Nec levia indicia habentur ex his quae docet *Testut:*

«Las vesículas seminales se atrofian después de la extirpación de los testículos, y, en un caso de Cruveilhier, en el que sólo existía un testículo, la vesícula correspondiente al testículo que faltaba se hallaba reducida á proporciones rudimentarias.» *Testut,* l. c., vol. IV, p. 866.

«La próstata... degenera en los animales por efecto de la ablación experimental de los testículos ó de la simple sección de los conductos deferentes (Legneu, 1896). También se la ha visto en ciertos casos atrofiarse en el hombre por efecto de la castración.» *Testut,* l. c., vol. IV, p. 900.

Cfr. etiam *Zambaco,* l. c., p. 179, seq.

(1) Nempe illud quod inscribitur *The surgical treatment,* etcétera.

(2) *A further contribution,* etc.

»4.ª Que las paredes son mucho más gruesas en el conducto deferente y la luz mucho más pequeña de lo que marca la lámina del folleto grande.

»5.ª Que la operación no está demostrado por estos folletos que sea *fácil* y *segura*, como dice el folleto grande (1).

»6.ª Que á él le llamó la atención el que el testículo de que habla el folleto grande, p. 14, parecía el de un muerto en cuanto á sus espermatozoides; lo cual prueba que en un testículo cerrado no viven sanas estas células sexuales (2). Hasta aquí lo que me dijo Cardenal.»

226. Postea nomine proprio dicit Dr. Blanc:

«Lo que á mí se me ocurre es lo siguiente: Las operaciones casi siempre tuvieron lugar para remediar las consecuencias de epididimitis blenorrágicas (todos los casos del folleto pequeño, excepto los V, XIV y XV, que lo fueron por mordiscos). De las epididimitis dobles blenorrágicas dice Fournier (v. folleto grande, p. 11) que son obliterantes sólo temporalmente. Así, vaya usted á saber si los casos en que se logró ver reaparecer zoospermos (ó sea los casos II, III, VI, IX, XI y XII) también los hubieran visto reaparecer sin la operación. De estos seis casos sólo tres casos tuvieron hijos (los III, VI y XII). De ninguno de ellos se dice si los hijos eran parecidos al padre, como lo dice expresamente en la p. 2 del folleto pequeño (caso de Martin).

227. »De los que tenían conductos obliterados por mordiscos, no se logró el restablecimiento en ninguno (casos V, XIV y XV). Seguramente el testículo estaría en ellos degenerado. Aquí O'Malley alegaría que los mordiscos habrían lesionado seguramente los vasos y nervios del cordón; lo cual no ocurre ciertamente con la vasectomía.

228. »En el folleto pequeño, p. 12, conclusión 1.ª, se afirma demasiado rotundamente que los espermatozoides, después de la obstrucción, son normales y sanos, pues en ciertos casos ya vimos que eran como del cadáver, y en otros que no se movían.

229. »Que la epididimitis obstructiva altera el testículo pa-

---

(1) Hoc ipsum scribit *Dr. Blanc* apud *Las Ciencias médicas*, l. c., p. 292, n. 5.

(2) Vide supra, n. 223, nota 1.

rece demostrarlo el que pueda tardar tanto el restablecimiento después de la operación (1), como dice la conclusión 5.ª»

230. Igitur quum certissime constet de impotentia hominis duplicem vasectomiam passi, nec restauratio abruptae communicationis hucusque umquam obtenta fuerit, nec intentata in vasectomiaco, nec judicio peritorum obtineri possit nisi per operationem difficilem et cum dubio effectu, videtur impotentia judicanda perpetua, ideoque matrimonium vasectomiaci in quo operatio restauratoria facta non fuit dicendum nullum, si vasectomia antecedebat matrimonium.

231. Eo vel magis quod ipse Dr. Martin etiam in casibus in quibus restauratio felicem obtinuerit exitum, tantum videtur admittere uti *probabilem* quod illa restauratio communicationis sit duratura (2).

232. Quaestio vero difficilior erit alia, an scilicet vir in quo operatio haec restauratoria peracta sit, admittendus sit necne ad matrimonium. Ex altero capite scimus ecclesiam praesumere potentiam nisi probetur impotentia, quia possidet jus ad matrimonium; sed in casu nostro, quum certissime constaret de impotentia post peractam duplicem vasectomiam, videtur standum pro impotentia donec positive probetur potentia, quae probatio vix haberi potest nisi per actus illicitos.

---

(1) Vide supra, n. 223, nota 2.

(2) «Subsequent experience has further demonstrated that an anastomotic opening thus made probably remains patulous.» Cfr. *A further contribution*, etc., l. c., p. 2.

SECTIO SECUNDA

DE MATRIMONIO MULIERIS EXCISAE

ARTICULUS UNICUS

Vis Responsorum et sententiarum SS. Congregationum et speciatim rescripti S. Congregationis de Sacramentis cira matrimonium feminae excisae.

233. Mense Novembris anni 1909 pervenit ad nos authenticum rescriptum Sacrae Congregationis de Sacramentis, quod magni fecimus eo quod nobis videatur continere veluti definitivam in *ordine practico* resolutionem quaestionis sane gravissimae ac acerrime disputatae circa potentiam vel impotentiam mulieris quae utero ac utroque careat ovario.

Rescriptum hujusmodi est, mutatis tantum nominibus propriis:

«10.488/09.

234. »Emmo. D. Cardinali-Praesidi Congregationis de Sacramentis.

»N. N. Parochus ecclesiae Sancti Petri de N. dioeceseos Ovetensis in Hispania Em. Vestrae debita cum reverentia exponit: jam a pluribus annis vivere in concubinatu parochianam suam cujus no-

men M. M.; quum vero ipsam vellem a tam misero educere statu, ipsa respondit sibi non multo abhinc tempore operatione quadam chirurgica ablata esse ovaria et uterum. Interrogatus hac de re medicus, qui hanc peregerat operationem, respondit certam esse ablationem uteri et utriusque ovarii. Possum, igitur, procedere ad celebrationem matrimonii, aut ipsam debeo reputare inhabilem propter impedimentum impotentiae? Et quum extirpatio matricis et utriusque ovarii sit totalis, possum a Sede Apostolica postulare dispensationem ab impedimento impotentiae ut illa christiane vivat?

»Responsum expectat ab Ema. Vestra filius suus affectissimus (1).

»O..., die 3 Martii 1909.

»Em. D.—N. N.»

---

(1) Textus originalis hispanus:

«10.488/09.

»Emmo. Sr. Cardenal-Presidente de la Congregación de Sacramentis.

»N. N., cura párroco de San Pedro de N., obispado de Oviedo, de España, á V. Ema. con el respeto debido expone: que hace varios años que vive en concubinato una feligresa suya llamada M. M.; al enterarse y querer sacarla de tan triste estado, le manifestó que en una operación quirúrgica reciente le habían extirpado la matriz y los ovarios. Consultado el médico que había llevado á cabo la operación, dijo que era cierta la extirpación de la matriz y de ambos ovarios. ¿Puedo, por lo tanto, proceder al matrimonio, ó la considero imposibilitada por el impedimento de impotencia? Y en vista de la extirpación total de la matriz y ambos ovarios, ¿puedo solicitar de Su Santidad dispensa del impedimento de impotencia para que viva cristianamente?

»Espera contestación de V. Emma. su afmo. hijo.

»O..., 3 Marzo 1909.—E. Sr.—*N. N.*

235. «Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum relatis precibus hisce litteris adnexis, omnibus mature perpensis, Amplitudini Tuae respondendum censuit prout sequitur: Quatenus vera sint exposita detur responsum S. Congr. S. Officii diei 23 Julii 1890 in causa Quebecen., scilicet: «Matrimonium non esse impediendum.»

»Datum Romae die 2 Aprilis 1909.

✠ (1) D. JORIO, *Subsecrius.*

Rmo. Episcopo Ovetensi. Arth. MAZZONI, *off.*»

COMMENTARIUM

§ I

Adnotationes praeviae circa diversas sententias et praecipua fundamenta.

236. Apprime nota est theologis omnibus ac canonistis, imo etiam medicis, physiologis ac legistis celeberrima controversia circa potentiam vel impotentiam, in sensu canonum, mulieris quae careat ovariis aut utero, aut hisce simul omnibus.

237. Impotentiam propugnant, *Antonelli*, De conceptu impotentiae et sterilitatis, Pro conceptu impotentiae et sterilitatis, De mulieris excisae impotentia, Medicina pastoralis, vol. II, n. 43, seq ; votum canonistae in *Causa Monasterien.*, apud *Acta S. Se-*

---

(1) Hic adest sigillum siccum Sacrae Congregationis de Sacramentis.

dis, vol. 32, p. 455, seq; *Lehmkuhl*, Theol. mor., vol. II, n. 744; *Rosset*, De Matrimonio, n. 1.408, seq.; *Alberti*, Theol. Past., p. IV, n. 88; *Bucceroni*, Theol. mor., vol. II, n. 994; *Casus Romae ad S. Apollinar.*, p. 469, seq.; *Santi-Leitner*, l. 4, tit. 15, n. 1, nota; *Villada*, Casus, vol. III, p. 269, seg. (ed. 1); *Dr. Topai*, De necesitate uteri in generatione et matrimonio (Romae, 1903). Et hanc sententiam speculative praeferendam judicat *Wernz*, l. c., n. 345, nota 34. Cfr. etiam votum Dris. *Lapponi*, in causa *Albinganen.*, 17 aug. et 7 sept. 1895. (*Thes. Resol. S. C. C.*, vol. 154, p. 917, seq.)

238. Contrariam tuentur sententiam *Eschbach*, Disp. phys. theol., d. 2, p. 2, cap. 3; De novo quodam sterilitatis conceptu, apud *Analecta eccles.*, vol. X, pág. 85, seq.; De essentia impedimenti impotentiae, *ibid.*, vol. XI, p. 269; *Gasparri*, De matr., n. 510, seq.; *D'Annibale*, Summula, III, n. 431, nota 9 (cfr. praes. edit. 3.am, quae est ultima auctoris); *Génicot*, Theologiae moralis institutiones, II, n. 503; *Berardi*, Praxis conf., vol. IV, n. 800, seq.; et ad fin. vol. verbo *femina* sine utero et sine ovariis, p. 646; *Aertnys*, Theol. mor., II, n. 463; *Theses in Coll. Lovaniensi*, S. I., De universa Theologia, 29 jun. 1904, th. 78; *Laurentius*, Inst. jur. can., n. 619; *Elbel-Bierbaum*, Theol. mor., vol. III, p. 10, n. 270; *Sebastianelli*, Praelect. jur. can., De rebus, n. 65; *Nouvelle Rev. Théol.*, vol. 20, p. 82; *Tanquerey*, I, Supp., n. 6; *Desmet*, l. c.; *Ojetti*, l. c., v. *Impotentia*, utramque habet solide probabilem.

239. Nemo inficiabitur primam sententiam ma-

gnam accipere vim ab argumento petito ex paritate inter virum carentem utroque teste et feminam ovariis orbatam. Ut enim superius vidimus (nn. 20, seq.; 105, seq.; 159, seq.), ideo spadones utroque carentes teste sunt certo impotentes quia nequeunt, emittere verum semen. Atqui neque mulier utroque ovario orbata, ovula (1) emittere potest quae sunt ex parte feminae elementum essentiale ad generationem, sicut verum semen seu spermatozoida ex parte viri. Ergo.

240. Non tamen haec paritas ita urget ut plures disparitates assignari nequeant.

Et in primis eunuchi plures penetrare vaginam nequeunt, quoad eos vero qui possunt, probabile saltem est non posse perficere copulam quae sit voluptatis plene satiativa pro femina, imo juxta plures periculis exponet feminam cum qua copulam habet, propter defectum seminis (supra n. 39 seq., 151 nota); ast femina ovariis carens eodem modo se habet quoad copulam ac si castrata non esset.

---

(1) Ovula sedem habent in ovariis duobus positis extra uterum muliebrem, hinc inde ad ejus partem superiorem, in inferiori cavo ventris. Dum vero ovula ad maturitatem perveniunt, dehiscunt et excepta a respectiva tuba fallopiana descendunt ad uterum; eique, si fecundata fuerint, inhaerent; secus, extra emittuntur. Uterus est locus proprius ad fovendam vitam fetus. Si fecundatum ovulum non perveniat ad uterum, sed trompis vel vicinis partibus inhaereat, tunc habetur conceptus ectopicus, qui raro ad maturitatem pervenire potest, nec in lucem hujusmodi fetus venire possunt (quum via eis naturalis desit) nisi operatio caesarea in matre perficiatur. Cfr. *Gury-Ferreres*, l. c., vol. I, n. 401; *Rieffel (Poirier-Charpy)*, l. c., vol. V, p. 333-543.

241. Defectus testium in viro facile cognosci potest, defectus vero ovariorum in femina non ita, imo vix, nisi secando (1) ipsam: et etiam in casibus in quibus propter peractam operationem, constet de ablatione ovariorum, pluries non constabit an fragmentum aliquod relictum fuerit, vel an femina habuerit ovarium supplementare ut supra (n. 207) innuimus et notant *Rosset*, De Matr., n. 1.412; *Dr. Surbled*, Celibat et mariage, cap. 19 et *Dr. Rieffel*, l. c., p. 365, seq. Mirum vero esset validitatem matrimonii pendere a re tam occulta et incerta.

242. His adde quod supra diximus n. 209, scilicet ejaculationem seminis se tenere ex parte copulae; emissionem vero ovuli non ita.

243. Quamvis haec quaestio non sit juris positivi sed naturalis, nihilominus dubium non est solutionem ipsius a pontificia auctoritate expectandam esse, tamquam a judice supremo in hac sacramentali materia. Hinc magni semper habitae sunt decissiones Sacrarum Congregationum in hac quaestione sane difficili, ideoque diligenti studio a patronis utriusque sententiae sunt tales decissiones examinatae et allegatae. Inde patet quanti momenti sit responsio hic proposita et paulo post examinanda.

---

(1) *Rieffel*, l. c., p. 353, proponit methodum explorandi per quamdam palpationem, sed ipse fatetur methodum hanc longe abesse a certitudine parienda.

§ II

Responsa quae secundae sententiae, propugnanti potentiam feminae excisae, favent.

244. Quinque responsa hucusque hac in re publici juris facta sunt et omnia favent secundae sententiae. Ex his, quatuor a S. Officio prodierunt; quintum vero, quod initio transcripsimus, a S. Congregatione de Sacramentis datum est.

245. Primum latum est a S. Officio die 3 Februarii 1887, et ita se habet: «Num mulier N. N., cui operatione chirurgica ablata sunt duo ovaria et uterus, admitti possit ad matrimonium contrahendum? Et re mature perpensa, eminentissimi domini cardinales una mecum Inquisitores generales decreverunt: Matrimonium non esse impediendum.» Cfr. *Gury-Ferreres*, l. c., vol. II, n. 856 bis; *Gasparri*, De matr., n. 513; *Rosset*, De matr., n. 1.412; *Ballerini-Palmieri*, Opus morale, vol. VI, n. 865, nota, edit. 3.[a]

246. Alterum (quod memorat rescriptum S. C. de Sacramentis) prodiit die 23 Julii 1890, hisce terminis:

«S. C. S. Off. 23 Julii 1890.—*Quebec.*—Se una dona, cui per mano chirurgica siano state asportate ambedue le ovaie e l'utero, possa validamente contrarre matrimonio.»

«*R.* Matrimonium non esse impediendum. (*Col-*

lectanea S. C. de Prop. Fide, n. 1.733, p. 249, edit. 2.ª) (1).

247. Tertium responsum ita legitur in Collectanea S. C. de Propaganda Fide (n. 1.907, vol. II, p. 324, edit. 2.ª)

S. C. S. Off. 31 Julii 1895.— *Westmonasterien.*— «Utrum puella N. cui ovaria per operationem chirurgicam ablata sunt, quaeque proinde, licet ceteroquin perfecta sit, prolem concipere nequit, matrimonium valide et legitime contrahere possit.»

R. «Detur responsum ut *in Reghinen.* scilicet: Juxta exposita, matrimonium in casu non esse impediendum» (2).

---

(1) Antonelli, Medicina pastoralis, vol. II, p. 334 (edit. 2.ª) et in oposculo De mulieris excisae impotentia, n. 123, p. 145, affert responsum datum die 30 Julii 1900, quod non videtur esse aliud nisi quod hic nos transcripsimus. Alibi dicit responsum datum esse 30 Julii 1890 (cfr. De conceptu impotentiae, n. 126, p. 103); et revera tali die fuit communicatum (cfr. *Eschbach,* Disp. physiol,, p. 203, edit. 2.ª), datum vero est die 23 praedicti mensis, ut scripsimus.

(2) Hoc responsum in *Reghinen.* (forte legi debet in *Regien.)* videtur substantialiter esse illud quod in *Collectanea* dicitur *in Quebecen.* Vide quod ait ROSSET, De matrimonio, n. 1.410: «Haec scripseram, quando ephemerides vulgaverunt sequens responsum S. Officii factum Episcopo *Regii Aemiliae,* die 23 Jul. an. 1990.» «In Congregatione feriae quartae currentis mensis, discussum fuit dubium ab Amplitudine tua propositum supplici libello diei 31 Oct. elapsi anni, videlicet: Num mulier (N. N.) cui operatione chirurgica ablata sunt duo ovaria et uterus, admitti possit ad matrimonium contrahendum? Et re mature perpensa, Emi. Domini Cardinales una mecum Inquisitores Generales decreverunt: *Matrimonium non esse impediendum.»* Cfr. etiam quod scripsit *Eschbach,* l. c., et etiam in Causa *Monasterien:* Thesaurus Resol. S. C. C., Vol. 158, p. 141.

248. Quartum refert clariss. P. *Wernz*, Jus Decretal., vol. IV, n. 345, nota 34, hisce verbis: «Quae explicatio videtur singulari modo confirmari ex novo responso S. C. Inq. a. 1902, dato atque mihi ab Agente episcopali in Urbe communicato. Etenim qum novus iste casus excisionis ovariorum in S. C. Inq. propositus fuisset, antequam responsum daretur, a medico expetitum fuit quanam ratione illa excisio facta esset. Qui cum respondisset de *perfecta* carentia organorum non *certo* constare, tum demum prodiit responsum: *Matrimonium in casu non esse impediendum.*»

§ III

Specialissimae circumstantiae quae in rescripto S. C. de Sacramentis concurrunt.

249. Ex omnibus hucusque cognitis hoc responsum S. C. de Sacramentis videtur nobis specialissima attentione dignius ex pluribus capitibus.

250. Primo, quia datum est a S. Congregatione de Sacramentis. Reliqua dederat S. Officium, eo profecto quod haec materia connexionem habeat cum doctrina dogmatica de sacramento matrimonii, et non videretur satis adhuc discussa. Quod autem nunc haec materia transierit ad S. Congregationem de Sacramentis significare videtur quaestionem esse jam satis discussam, ita saltem ut in praxi praedictis mulieribus matrimonia sint permittenda, quin casus singulares sint novae subjiciendi disputationi.

251. Secundo, quia nullam aliam affert suscriptionem quam Subsecretarii (secundi) Mgr. Dominici Jorio, et officialis Rdi. D. Arthuri Mazzoni, qui rescriptum exaravit. Hoc enim significare videtur: 1.° negotium agitatum fuisse in Congressu non autem in Congregatione plena; 2.° hanc quaestionem censeri jam plene solutam (pro praxi) ideoque nullius fere difficultatis, obviam, et minoris momenti. Etenim *Normae peculiares* (cap. VII, art. 3, n. 24) agentes de hac S. Congregatione de Sacramentis haec statuunt:

«In dispensationibus minoris gradus et in negotiis *minoris momenti* poterit documento subscribere Subsecretarius ad quem pertinet res, aut, hoc impedito, alteruter e duobus reliquis Subsecretariis, contra posita subscriptione amanuensis qui documentum exaravit tamquam *officialis.*

»In majoris gradus dispensationibus et in negotiis majoris momenti documento subscribet Cardinalis Praefectus, aut alius ejusdem Congregationis Cardinalis, contra posita subscriptione Praelati a secretis, aut, hoc impedito, alicujus e Subsecretariis, ut in superiore numero.»

Praeterea ipsae *Normae peculiares* in cap. II, n. 2, loquentes de iis quae Congressui tribuuntur aiunt: «Ad Congressum pertinet ea praeparare quae ad plenam Congregationem erunt deferenda; deliberata exsequi post approbationem Summi Pontificis; eadem casibus aptare similibus, ubi res *perspicua sit, obvia, nullique obiecta controversiae* largiri, pro potestate a Pontifice Maximo facta, facultates, gratias,

quae consueta sint et facilia; providere ut quae in Officio geruntur, omnia rite procedant secundum normas tum communes tum peculiares huius legis et Const. *Sapienti consilio.*»

252. Notare oportet responsa sive Congregationis plenae sive ipsius Congressus dari nomine et auctoritate Sacrae Congregationis ut hic videmus in hoc rescripto. Cfr. *Ferreres*, La Curia Romana, n. 288-289.

253. Tertio, quia plane constat hoc in casu hablationem uteri et *utriusque ovarii* fuisse *completam*, ex testimonio ipsius medici qui operationem peregerat. Hoc clare indicatur in precibus, ubi dicit ex testimonio medici ablationem uteri et utriusque ovarii esse *certam*, et additur praeterea fuisse *totalem*. Hoc nobis constat praeterea ex testimonio optimi sacerdotis qui hanc legitimationem praeparavit et ad felicem exitum perduxit, quique die 18 Novembris anni 1909, ad nos scribebat: «Illustriss. Episcopus dixit mihi ut interrogarem Doctorem qui operationem peregerat..., ab eoque scirem num ablatio fuerit *totalis*... Doctor dixit omnino explicite extirpationem *quum matricis tum utriusque ovarii fuisse totalem.* Episcopus audito hoc apertissimo responso non ausus est ulterius procedere, et jussit rem deferre ad S. Sedem. Officina precum exaravit preces quas adnexas mitto et quibus adjungo responsum S. Congregationis, et optatam solutionem casus» (1).

(1) «El Sr. Obispo me dijo que consultase al doctor que había hecho la operación..., á ver si la extirpación había sido

254. Quod magis, magisque confirmatur ex authentica epistola medici ipsius, ad memoratum sacerdotem, quae sic se habet, mutatis tantum nominibus propiis:

«Matriti 10 Augusti 1908.

»Domino D. N. G.

255. »Domine mi observantissime: Sunt penes me humanissimae litterae a te mihi datae 24 mensis proxime elapsi, quibus a me poscis responsum circa operationem peracta in N. N.; quare juxta meae professionis officium, significare debeo esse *certam ablationem totalem* matricis ac *utriusque ovarii*, factam per hysteroctomiam abdominalem, propter affectionem neoplasiarum, quam patiebatur, *fibromas* appellatam.

»Videas si qua in re tibi utilis esse potero, et tibi servire gratissimum erit ei qui hac ocasione profitetur se addictissimum famulum tuum et amicum q. m. t. d.,—*R. G. de A.*» (1).

256. Habemus ergo authenticum testimonium ex

---

total... El doctor no pudo ser más explícito; diciendo que *la extirpación, tanto de la matriz como de los ovarios, había sido completa*. Ante respuesta tan categórica, ya el Obispo no se atrevió á ir adelante, y así ordenó que se llevase la cuestión á Roma. La oficina de Preces fué la que hizo la exposición, que adjunta le remito, juntamente con la respuesta de la Congregación, y solución del caso favorable.»

(1) «Madrid, 10 Agosto 1908.

»Sr. D. N. G.

»Muy señor mío y de mi mayor consideración: En mi poder su atenta del 24 del próximo pasado, en la que me interesa contestación acerca de la operada N. N., y cumpliendo con mi deber profesional, debo manifestarle que es cierta la extirpación total de la matriz y de ambos ovarios, hecha por

quo constat, ablationem fuisse *certo totalem*, testimonium, inquam, illius qui unice de hoc testari potest, ut notat *Antonelli*, scilicet ipsius chirurgi qui operationem peregit: «Ceterum chirurgi tantum, qui operationem perfecerunt possunt testari an fuerit ablatio radicitus totalis necne.» *Antonelli*, Medicina past., vol. II, n. 647.

257. Ex eodem testimonio constat ulterius, operationem esse peractam non methodo vaginali, qua fragmentum aliquod ovariorum effugere potuisset manus chirurgi, sed methodo abdominali, quae majorem securitatem praestat, ut docet *Antonelli*, tum l. c., tum in op. De conceptu impotentiae, nn. 109 et 130.

258. QUARTO, quia S. Congregatio nihil ulterius quaesivit ad dandum suum responsum, sed quamvis ipsi significatum fuerit ablationem fuisse *totalem* respondit, nulla alia praemissa inquisitione, «matrimonium non esse impediendum».

259. Quod autem Sacra Congregatio nullam aliam praemiserit inquisitionem, nobis significavit ipse sacerdos in memorata epistola diei 24 Novembris hisce verbis: «Non puto Sacram Congregationem novam informationem a Curia Episcopali petiisse, sed proculdubio responsum dedit juxta sibi

---

histerectomia abdominal, consecutiva al padecimiento de las neoplasias que padecía, denominado *Fibromas*.

»Vea en qué otro particular puede serle útil, y tendrá una verdadera satisfacción en servirle quien con este motivo se ofrece suyo afectísimo seguro servidor y amigo, q. b. s. m., *R. G. de A.*»

(Está rubricado.)

exposita in precibus. Etenim post responsum acceptum loquutus sum per longum et latum de hoc casu cum Notario Majore, et nihil mihi dixit de nova aliqua informatione» (1).

260. Postea vero transmisit ad nos epistolam authographam ipsius Notarii Majoris Curiae, ex qua haec omnia authentice confirmantur.

«O., 4 Decembris 1909.

»R. P. N. G.

»Domine mi observantissime: Tuis interrogationibus respondeo:

»1.° Sacra Congregatio nullam aliam informationem postulavit praeter ipsas preces.

»2.° Non est missa Romam epistola doctoris qui operationem perfecit.

»3.° Nulla alia informatio Romam missa est.

»4.° Adnexam mitto transcriptionem litteralem epistolae ipsius Doctoris.

»Illud addam Ill. Episcopum, cum quo nunc loquutus sum hac de re, testatus mihi est nihil ab ipso petiisse Curiam Romanam, nec ipsum rem ullo modo ursisse nec commendationem fecisse ullam.— *P. M.*» (2).

---

(1) «No creo que la Congregacion pidiera otros informes al Obispado, é indudablemente resolvió el caso conforme á los datos expresados en las preces. La razón es porque, después de resuelta la cuestión, estuve hablando con el Notario Mayor largo y tendido sobre el caso y nada me dijo de nuevos informes.»

(2) «O., 4 Diciembre 1909.

»R. P. N. G.

»Muy señor mío y de todo mi respeto: Contesto á sus preguntas:

261. Ex dictis apparet quanti momenti sit hoc rescriptum.

262. Etenim contra ipsum non videntur posse objici ea quae contra alia responsa objiciebantur. Sic v. gr. contra illud diei 3 Februarii 1887 excipiebatur: «Casus loquitur de sterilitate consecuta operationem, quod satis innuit ablationem non fuisse certo totalem, vel si totalis, non defuisse possibilitatem alicujus, etiam minimi, residui stromatis ovarici vel ovarii alicujus supplementarii, ex quo evaderet possibilis elaboratio novorum ovulorum.» (*Antonelli*, De conceptu impotentiae, n. 130, p. 105.) In nostro rescripto non adhibentur in precibus verba *sterilis effecta* sed expresse dicitur ablationem matricis et utriusque ovarii fuisse *certo totalem.*

263. Contra illud vero diei 30 Junii 1890 alii dicebant: «An autem S. Officium intellexerit, talem mulierem esse nihilominus *certo* potentem, id *non comparet.*» (*Rosset*, De matr., vol. 2, n. 1.410.) Alii: «Dicendum est nonnulla adfuisse particularia casus expositi et rationes, *quas nos omnino ignoramus*, quibus illud responsum datum est.» *Antonelli*, l. c. n. 132, p. 107.

»1.ª La Sagrada Congregación no pidió más datos que los contenidos en las preces.

»2.ª No se remitió á Roma la carta del doctor que hizo la operación.

»3.ª No se envió á Roma otro informe alguno.

»4.ª En la otra plana va copia literal de la carta del doctor.

»Añadiré que el Sr. Obispo, á quien acabo de hablar sobre el asunto, me dice que nada le han pedido de Roma, ni él hizo presión de ningún género ni recomendación alguna.—*P. M.*»

264. Vel, ut scribit doctissimus P. Bucceroni: «Neque vero ullo modo obstant notae Responsiones S. Poenitentiariae et S. Officii, *matrimonium non esse impediendum*, in casu excisionis ovarii et uteri. Nam, ut mihimetipsi declaratum est ab ipso Emo. Cardinali, S. Officii Secretario, Responsiones illae ad particulares casus dumtaxat datae, *supponebant posse adhuc per se in illis casibus sequi generationem:* scilicet, quatenus *non fuisset perfecta et absoluta uteri et ovariorum excisio, et absentia.*» *(Theol. Moral.*, vol. II, n. 994, p. 391, edit. 5.ª)

265. Quoad utrumque excipiebat P. Palmieri: «2. In his casibus non dici, quod *certa* esset *ablatio totalis ovariorum et uteri:* si enim tanta non est, adhuc conceptio potest habere locum. 3. Forte ratio responsorum fuit, quod *dubitaretur adhuc de perfecta excisione:* fieri sane posse dicitur, ut chirurgus putet ea membra penitus excisa et tamen aliqua pars superstes sit: quo posito jus conjugii ineundi praevalet.» *(Baller.-Palm.*, Opus morale, vol. VI, n. 865, nota.)

266. In hoc rescripto nota sunt nobis omnia totius casus adjuncta, et scimus, sicut sciebat S. Congregatio, ablationem fuisse *certo totalem* tum quoad matricem tum etiam quoad utrumque ovarium.

Circa illud anni 1902 notabatur quod «antequam responsum daretur, a medico expetitum fuit quanam ratione illa excisio facta esset. Qui cum respondisset de *perfecta* carentia organorum non *certo* constare, tum demum prodiit responsum: *Matrimo-*

nium in casu non esse impediendum.» (*Wernz*, Jus Decretal., vol. IV, n. 345, nota 134.)

267. In precibus S. Congregationi de Sacramentis oblatis dicitur ex medici testimonio ablationem fuisse certo totalem et nihil ulterius inquirit S. Congregatio, et nihilominus respondet: *matrimonium non esse impediendum.*

§ IV

Sententiae Sacrae Congregationis Concilii quae aferri solent in favorem prioris opinionis.

268. Ex hucusque dictis apparet quinque jam haberi responsa Sacrarum Congregationum in favorem secundae opinionis, et omnes sunt inter se conformes. E contra, in favorem prioris opinionis nulla hucusque reperiri potuit sententia qua matrimonium aliquod, nullum declaretur ea tantum de causa quod mulier careat utero, vel ovariis vel utrisque simul.

269. Profecto quatuor sententiae nullitatis latae a S. Congregatione Concilii adduci solent in favorem ipsius opinionis (cfr. *Antonelli*, De conceptu impotentiae, n. 60, p. 50, seq.; De mulieris excisae impotentia, n. 110, p. 137), in quibus omnibus mulier *utero orbata erat;* sed in omnibus allegabantur et alii defectus *in vagina* qui per se sufficientes videri possunt ad nu'litatem matrimonii declarandam.

270. Causae sunt sequentes: *In Salernitana* quae proposita fuit S. Congregationi die 9 Augu-

sti 1862, decisa vero 21 Martii 1863, et decisio confirmata die 27 Junii ejusdem anni. In ipsa, praeter defectum uteri, allegabatur mala conformatio vaginae, quae juxta aliquos peritos medicos, omnino deerat: *mancanza assoluta della vagina e dell'utero, ed in luogo della vagina il canale dell'uretra.* Cfr. *Thesaurus Resol.* S. C. C., vol. 121, p. 313-358, et praesertim, p. 319, 320, vol. 122, p. 108, et 243-248.

271. Causa *in Verulana*, decissa die 24 Januari 1871, et sententia confirmata fuit 22 Junii ejusdem anni in qua allegabatur *brevitas vaginae*, quae, juxta unum medicum non excedebat duos pollices, «*la vagina non è più profonda di due pollici*», et juxta alium, longitudo ipsius erat unius pollicis cum dimidio, et in fine habebat membranam durissimae consistentiae, imperforatam: «*di una lunghezza di un pollice e mezzo terminante in una membrana muscolare di durissima consistenza imperforata.*» Cfr. *Thesaurus*, vol. 130, p. 198-200.

272. Causa *in Albinganen.*, proposita Sacrae Congregationi die 17 Augusti 1895 (1875 ait Antonelli, ll. cc.) et decisa 7 Septembris ejusdem anni. Allegabatur etiam mulierem habere vaginam obliteratam in maxima ejusdem parte: «*affetta de obliterazione in massima parte de la vagina.*» Cfr. *Thesaurus*, vol. 154, p. 746-785; 916-931, praesertim, p. 746, 762, 925.

273. Demum causa *in Monasterien.*, proposita die 18 Martii 1899 et decisa 16 Decembris ejusdem anni (*Thesaurus*, vol. 158, p. 131-172; 898-980) in

qua pariter allegabatur: «*quod anormalis sit vagina insufficiens ad coitum perficiendum*» «*et non sit longior 4 vel 5 centim.*» «*via caeca in qua vix poterat introduci primus articulus indicis dexterae manus*», etc.; «*la vagina... non è che un piccolo sacco chiuso dall'altro lato, profundo 5 centimetri...*»; «*quod anormalis sit vagina insufficiens ad coitum perficiendum*»; «*et non sit longior 4 vel 5 centim.*»; «*era una via cieca talmente corta che apena riusciva introdure il primo articulo dell'indice della mano destra*». *(Ibid.,* p. 160, 161, 927.)

§ V

Conclusio.

274. Quae hucusque dicta sunt videntur clare probare tum S. Officium, tum S. Congregationem de Sacramentis judicare: 1.° speculative esse saltem dubium an carentia, etsi totalis, sive uteri sive ovariorum, vel horum omnium simul constituat impedimentum impotentiae; 2.° quod etsi speculative constaret de hoc impedimento, practice dubium semper fore an relictum sit aliquod fragmentum ovariorum vel an existat aliquod ovarium supplementarium (1), ideoque practice statutum est, tam-

(1) «Ad haec addendum, quod, sicut aliquando in viro tertius testiculus supplementaris inventus fuit, etiam in feminis ovaria supplementaria pluries inventa fuere; ita doctor Kocks tertium ovarium in muliere, ob cancrum defuncta, reperiit; item evenit doctori Puech; et nuper doctor Beigel, ex 350 femina-

quam dispositio disciplinaris, ut donec Papa aliter statuat, harum feminarum excisarum matrimonia non esse impedienda, quocumque demum pacto ablatio facta fuerit.

275. Ex quibus claram confirmationem accipiunt quae alibi antea scripsimus: «Unde in praxi (nisi nova edatur declaratio) confessarius: *a)* non videtur posse prohibere ut matrimonium contrahant ii, quorum sponsa ovariis, vel utero simul et ovariis careat; hinc *Instr. past. Eystet.*, n. 395, 6: «nec extirpatio »ovariorum in mulieribus simpliciter impedit matri»monium; nam saepius merito dubium erit, num »perfecta fuerit et absoluta»; *b)* a fortiori nequit prohibere ut debitum petat, vel reddat uxor, cui post contractum matrimonium ovaria et uterus, vel horum aliquod exsectum est.» *Gury-Ferreres*, Comp., vol. II, n. 856 bis.

276. Notandum in fine est hoc impedimentum, si daretur, esse juris naturalis (cfr. supra, n. 31, auctoresque illic citatos); ideoque Papa dispensare in ipso non posset.

---

rum autopsiis, 8 earum ovarium supplementare habuisse invenit; renovationem vero ovaricam ex residuo ovarii ob operationem doctor Weinleichner observavit in quadam puella, quae ter tantum menstrua jam passa fuerat. Imo praegnationes, etsi rarissimae, aliquando habitae post ablationem utriusque ovarii, satis indicant vel tertium supplentare ovarium, vel residuum aliquod ovaricum, quod anatomicum cultrum effugerat.» *Antonelli,* De conceptu impotentiae, n. 130, p. 105, 106. Cfr. supra n. 207, nota, *Rieffel,* l. c., p. 365, 366, et *Testut,* l. c., p. 949, seq.


APPENDIX

CASUS CLINICUS

Cum ablatione indirecta tumescentis uteri (1).

SCHEMA

QUO OSTENDITUR SITUS DUORUM TUMORUM ET MATRICIS IN SECTIONE MEDIA ANTERIO-POSTERIORI INFIRMAE



CASUS

277. Casus est de muliere infirma, praegnante a quatuor jam mensibus cum dimidio, cui magnus

---

(1) Hunc casum publici juris fecimus apud *Nouvelle Revue Theologique* (Sept.-Oct. 1912) nobisque propositus fuerat, instante medico qui operationem peregerat anno 1911. Et

tumor abdominalis gangrena vitiatus necessariam reddit et urgentem operationem chirurgicam. Propter vomitum per duos menses continuum effecta est summopere macilenta; et, cum jam putrescit tumor, male nimis se habet quam ut imminenti operationi, eique gravi, resistat. Haec vero operatio in eo consistit ut venter aperiatur et exstirpetur tumor, ita tamen ut praegnatio non interrumpatur.

278. Operationem igitur peragit chirurgus. At ecce, aperto ventre et extracto aegerrime tumore, detegitur tumor alius minor, in parte situs matricis infima posteriori, et ita infeliciter dispositus ut extrahi et ipse non possit, *quin simul* extrahatur *matrix* et *cum matrice foetus.* Primus vero tumor, quamvis in parte superiori matricis collocatus, abcissus fuit absque gravi ipsius matricis detrimento. Porro alter hic minor videtur paululum inflammatus. *(Cfr., supra, schema.)*

279. His praejactis, de secundo illo tumore tota vertitur quaestio. Vel enim is extrahetur et cum illo

---

quum de quaestione satis implexa ac gravissimi ponderis ageretur rogavimus Directorem ut scriptum nostrum, antequam ederetur, dignaretur submittere judicio ac censurae clarissimorum Theologorum PP. Lehmkuhl et Noldin. Quid illi censuerint, hac epistola nobis significavit: «Toulouse, 8-VII-12. M. Noldin m'écrit»: «Solutioni casus doctissimi »P. Ferreres plane consentio.» Même sentiment de M. Lehmkuhl: «Approbo ea quae J. B. Ferreres scripsit; immo quod »pagina 9, lin. 3, dixit: *Puto* et hoc licuisse,—mea sententia »licuit non dubitanter sed indubitanter affirmare.» Il fait allusion a ce passage: «Si detexisset medicus certo tumorem esse putrefactum et non matricem, necessariumque fuisset ad amputandum tumorem, amputare etiam m., puto et hoc licuisse.»

matrix et foetus, vel in loco suo remanebit. Si posterius, id est, si remanserit, cum situs est in excavatione pelviana, pergente praegnatione, partus evadet impossibilis; adveniente vero tempore pariendi, necessaria erit operatio caesarea cum amputatione matricis (operatio sane gravis). Aliud quoque timendum incommodum: Ex operatione quam jam passa est infirma (dum illi abstractus fuit tumor alter major), forte consequetur abortus (quod equidem, attento statu mulieris ejusque matricis, judico probabilius); porro tumor minor, si remanet, difficiliorem reddet transitum foetus, hunc retinebit et ita consequentias prioris operationis jam de se graves graviores efficiet. Chirurgus vero, quippe tumorem cum tanto discrimine siverit in ventre permanere, ut causa moralis forte habebitur mortis mulieris, eique obnoxius erit.

280. Attento igitur tum gravi probabilitate abortus, tum conditione summe gravi in quam reduceretur infirma ex remanente tumore, attento etiam quam grave esset peragere operationem caesaream in casu parum probabili quod praegnatio usque ad novem menses produceretur, chirurgus *eligit extrahere simul tumorem et cum tumore matricem atque foetum*, sacrificans vitam foetus quem aliunde videt in gravissimo discrimine, ut tutius caveat de salute matris quae vitam suam ipsi commisit.

Nota.—1.° Post peractam hanc operationem patuit et ipse tumor is minor jam putrefactus.

2.° Foetus fuit baptizatus et aliquandiu vixit.

QUAESITA

Unde quaeritur:

I. Vi officii sui erga infirmam chirurgus-medicus *obligabaturne* ad extrahendum tumorem illum secundum:

1.° In casu quo supponitur nescisse tumorem jam putrefactum?

2.° In casu quo cognovisset verum tumoris statum (quem de facto non cognovit nisi postquam, peracta operatione, apparuit putrefactus tumor et pars matricis ipsi vicina)?

II. *Licuitne* chirurgo sese gerere prout gessit? Essetne vero aliter judicandum, si ante extractionem chirurgus novisset veram tumoris conditionem? (1).

RESOLUTIO

I

Prima hypothesis: tumor et matrix putrefacta.

281. Quaestio tota est de *liceitate* operationis; si enim *potuit licite* medicus abscindere tumorem, certo et *debuit.* Igitur quaerendum tantummodo utrum res *licuerit.*

Porro in casu, prout ponitur, censeo operationem

---

(1) Ita a chirurgo propositus est casus, post peractam operationem. Consultatio, quam ante oculos habemus, hispanice erat exarata.

fuisse *de se licitam*, in casu, inquam, prout ponitur, id est, tumoris minoris jam putrefacti matricemque putrefacientis; et quidem tumoris, quo non extracto cum matrice, mors matris esset secuta, etiamsi mulier praegnans non fuisset.

282. Ratio resolutionis ea est: mulieri praegnanti licet dari medicinas (1) et fieri operationes quae licite darentur et fierent si haec non esset praegnans, quoties infirmitas non causatur ab ipsa praegnatione. Et id verum est, etiamsi forte ex medicina vel operatione damnum passurus sit foetus, dummodo periculum a quo intendimus liberare matrem sit proportionatum damno quod foetui adveniet ineluctabiliter ex medicina vel ex operatione vitae matris necessaria.

283. Habemus enim tunc actum bonum, dare scilicet medicinam aut peragere operationem de se ordinatam ad salvandam matris vitam: ex quo actu, *in casu*, sequuntur aeque immediate effectus duo: unus bonus (salvare vitam matris), alter malus (permittere mortem foetus); et adest ratio relative gravis permittendi hunc posteriorem effectum: finis vero agentis rectus est, scilicet salvare matrem.

284. Plane per haec reincidimus in doctrinam

---

(1) «Licet matri, quae periculoso morbo laboret, sumere medicamenta quae directe tendant *ad eam sanandam*, quamvis simul inde sequi possit abortus vel mors foetus, dummodo hic pravus effectus non intendatur et, quantum fieri potest, praecaveatur.» *Génicot*, Theol. mor. inst., vol. 1, n. 377, IV; *Gury-Ferreres*, Comp., vol. 1, n. 402, III; *Noldin*, De praeceptis, n. 343 (edit. 7); *Aertnys*, lib. 3, n. 187; *S. Alphonsus*, lib. 3, n. 394, q. 2 (edit. Gaudé, vol. 1, p. 647, 648).

qua docemur «Licere ponere causam bonam aut indifferentem, ex qua immediate sequitur duplex effectus, unus bonus, alter vero malus, si adsit causa proportionate gravis et finis agentis sit honestus, pravum scilicet non intendat» (1).

285. In casu nostro habetur matri periculum mortis *certum* ut suppono, et *a praegnatione non causatum.* Nec datur medium vitandae mortis foetus; necessaria enim erat amputatio uteri. Causa ergo adest proportionata.

286. Praeterea amputatio uteri non impetebat *directe* foetum—nec ex intentione chirurgi, qui tantum intendebat matrem salvare;—nec ex natura operationis, quum supponitur fuisse necessaria etiamsi mater non fuisset praegnans, id est, etiamsi foetus non exstitisset.

287. Nequit igitur dici quod actio *directe* tendit ad occisionem foetus; et ideo non comprehenditur haec actio in decreto S. Officii, d. die 19 augusti 1888: «In scholis catholicis tuto doceri non posse licitam esse operationem chirurgicam quam craneotomiam appellant... et quamcumque chirurgicam operationem directe occisivam foetus vel matris gestantis.» *Gury-Ferreres*, I, p. 309.

288. Casum similem, imo fere identicum, proponit et solvit juxta nostram sententiam *Antonelli*,

(1) Cf. *Gury-Ferreres*, I, n. 9 et n. 42, III et IV (edit. 6.ª, p. 7 et 310); *Génicot*, Theol. mor. inst., vol. I, nn. 14, 362, 373; *Ballerini-Palmieri*, vol. I, n. 29 (ed. 3.ª); *Marc*, Inst. mor., vol. II, nn. 314, 315 (Romae 1911); *Aertnys*, l. II, n. 187 (Paderb. 1906).

Medicina Pastoralis, vol. II, n. 110, 2.°, p. 80 et sqq. (edit. 3.ª)

289. Vide etiam *Mayr*, De actibus humanis, disp. I, q. I, a. 3, n. 26: «Saepe causa physica simul producit duos effectus, et aliquis habet jus ad unum, non vero ad alterum; tunc, si quis tantum intendat priorem, secundus est moraliter pure permissus, nec imputabilis... Sic, si quis ut salvet vitam, fugiens, conculcet necessario dormientem in via infantem, moraliter tantum permittit ejus necem, certe non peccat, ut communiter docent cum Laymann, I. III, tr. III, p. 3, c. 3, n. 1, sub finem.» (Ingolst., 1732, p. 56.) Vide etiam *Struggl*, Theologia universa, parte I, tr. IV, disp. 2, q. unica, art. 1, n. 9. (Vienn.. Austr., 1744, vol. I, p. 411); *Casajoana*, Disq., schol, dogm., disq. 3, th. IV (vol. IV, p. 306).

290. Secundum Struggl, I. c. «Effectus in his casibus sunt *indirecte* voluntarii in linea *physica*, in linea vero *morali* sunt pure *permissivi*, seu voluntarii solum *permissive*.»

II

Secunda hypothesis: tumor solus putrefactus.

291. Si putrefacta non fuisset matrix, at tumor minor solus, et is valuisset amputari quin simul necesse fuisset amputari matricem, solum tumorem tunc debuerat chirurgus abstrahere; et ita fuerat ipsi procedendum, etiamsi postea, propter increscentem foetum et partus consequentia, vita matris

ventura fuisset in discrimen; imo, quamvis certo eventura fuisset mors matris ex derelictione foetus in matrice.

292. Nam in hujusmodi casu amputatio uteri directe fuisset contra foetum. Tunc enim chirurgus matricis exstractione vitari intendisset effectum ipsum praesentiae foetus, qui si non adfuisset, nec ulla fuisset necessitas amputandi organum. Porro non facienda mala ut eveniant bona. (Cf. n. 281.)

III

Tertia hypothesis: dubitatur utrum tumor sit putrefactus.

293. Si medicus ignoraret utrum tumor secundus jam esset putrefactus, de hoc deberet certior fieri, quantum fieri posset, antequam amputaret uterum et damnum inferret foetui irreparabile.

294. *Si detexisset certo tumorem esse putrefactum* et non matricem, necessariumque fuisset, ad amputandum tumorem, amputare etiam matricem, puto et hoc licuisse, perinde ac licet, v. g. ad fugiendam mortem incitare equum per arctam viam, quamvis conculcandus erit puer qui sedet in media via (cf. n. 283: et S. Alph., l. III, n. 393); eo magis quod (prout a limine dicebamus) ea peragitur operatio quae *necessario* peragenda esset, etiamsi mater non fuisset gravida. Vide n.

295. *Si post inspectum secundum tumorem, non constat hunc esse putrefactum*, nec putrefactum

uterum, ita ut neque constet omissam extractionem tumoris et uteri causam moraliter certam evasuram esse mortis matris, puto non posse licite procedi ad amputandam matricem ut amputetur tumor.

296. Ratio est quod videtur non posse occidi *certe* foetum ad liberandam matrem a periculo tantum *probabili*.

ADDENDA

(ad nn. 172 seq.; 186 seq.)

Quamvis in favorem nostrae doctrinae videbamus allatam a Doctoribus Millant, Zacchia ac Topai auctoritatem Galeni (cfr. supra, nn. 174, nota; 187, 190), nos eam non adduximus quia Galeni opera prae manibus non habebamus, et illa tantum opera allegare consuevimus quae oculis nostris inspicere possumus. Quum vero praesens opusculum jam fere ex integro typis cussum erat, pervenerunt ad nos opera Galeni ex *Bibliotheca Teubneriana*, ubi vidimus Galenum plene confirmare doctrinam in citatis locis (nn. 172 seq., 186 seq.) expositam. Etenim in opere *De usu partium*, lib. XIV, c. 11 (vol. II, p. 321, lin. 22-23; 190) plane asserit eunuchos posse habere copulam, in eaque emittere liquorem quemdam aquosum cum voluptate: ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐνούχοις τὸ τοιοῦτον (ὑγρὸν) ἡδονήν γέ τινα παρέχειν φαίνεται ἐκχεόμενον (Galenus, De usu partium. Edidit G. Helmreich, Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri, 1907).

Praeterea in eodem capite (p. 320, lin. 14-17; 189) distinguit inter sperma (σπέρμα) a testiculis elabora-

tum, et liquorem illum aquosum (ὑγρόν) qui juxta ipsum Galenum nihil inservit ad generationem, et dicit hunc liquorem emitti simul cum spermate: τὸ δ᾽ ἐν τοῖς ἀδενοειδέσιν ἐκείνοις σώμασι γεννώμενον ὑγρὸν εἰς τὸν οὐρητικὸν ἐκχεῖται πόρον ἐπὶ τῶν ἀρρένων ἅμα τῷ σπέρματι.

Ergo jam a temporibus Galeni († 210), ideoque ultra 1300 annos ante Sixtum V, nota erat distinctio inter verum et falsum semen.

INDEX BIBLIOGRAPHICUS

I

PRAECIPUA SCRIPTA CIRCA VASECTOMIAM, QUAE PRAE OCULIS TRABITA SUNT (1)

De Becker, apud *Ecclesiastical Review,* vol. 42, p. 474, vol. 43, p. 356—n. 76.

Dr. Blanc y Benet, apud *El Criterio católico en las ciencias médicas,* vol. 13, p. 99, p. 362. Plures etiam adnotationes ipsius in articulos aliorum auctorum circa vasectomiam edidit ibi, vol. 15, p. 37, seq.; p. 73, seq.; p. 109, seq.; p. 183, seq., p. 255, seq.; p. 289, seq.—n. 48, 59, 62, 71, 80, 84, 141, 145, 184, 189, 198, 219, seq., 225, 226.

Dr. Cardenal, apud *El Criterio católico en las ciencias médicas,* vol. 13, p. 362—n. 71, 146.

Dr. Castell de Descatllar, apud *El Criterio católico en las ciencias médicas,* vol. 13, p. 97—n. 77.

Cappello, apud *La Scuola catttolica,* vol. 20, p. 248.—n. 82.

Desmet, apud *Collationes Brugenses,* vol. 15, p. 606; vol. 17, p. 534, seq.; *De sponsalibus et matr.* (Brugis, 1910).—n. 82, 85, 129, 143, nota et n. 276.

Donovan, apud *Ecclesiastical Review,* vol. 42, p. 599; vol. 44, p. 571; vol. 45, p. 313—n. 76.

Eschbach, apud *Analecta ecclesiastica,* vol, 19, p. 383 et apud *La Scuola cattolica,* vol. 40, p. 213—n. 35, 38, 224.

Gemelli, apud *La Scuola cattolica,* vol. 21, p. 396—n. 55, 149, 171, 189, 221.

Labouré, apud *Ecclesistical Review,* vol, 43, p. 80, 320, 553; vol. 44, p. 574; vol. 45, p. 355—n. 76.

O'Malley, apud *Ecclesiatical Review,* vol. 44, p. 684; vol. 45, p. 716; vol. 46, p. 219, 322—n. 62, 84 seq., 113 seq., 135, seq., 141, seq., 152, seq., 181, seq., 194, seq., 211, seq.

NEOSCHOLASTICUS, apud *Ecclesiastical Review*, vol. 43, p. 310.

---

(1) Numeri post-referentur ad numeros marginales hujus opusculi ubi opera citantur.

Ojetti, *Synopsis rerum moralium et juris pontificii,* v. Impotentia, vol. 2, col. 2.276 (Romae, 1911); vol. 3, v. Vasectomia, col. 4.053 (Romae, 1912)—n. 39, 82, 111, 208.

PERPLEXUS, apud *Ecclesiastical Review*, vol. 42, p. 603.

P. C., apud *Rivista di Apologia Cristiana,* vol. 7, Apéndice, p. 101, 126.

PHILOKANON, apud *Ecclesiastical Review*, vol. 45, p. 599.

Righi, apud *Eccłesistical Review*, vol. 43, p. 70—n. 77.

Roderer, apud *Ecclesistical Revicw*, vol. 44, p. 742.

Schmitt, apud *Zeitschrift f. Kath. Theologie*, I, 1911, p. 66; IV, 1911, p. 759—n. 239.

Stucchi, apud *La Scuola cattolica*, vol. 21, p. 416 –n. 82.

Tanquerey-QUÉVASTRE, *Brevior Synopsis Theol. mor.*—n. 1,406 (Parisiis, 1911).

Wouters, apud *Nederlansche Katholicke Stemmen*, 1911, p. 19, seq.

Citatur etiam Eph. *America*, 18 Sept. 1909—n. 78.

II

OPERA PHYSIOLOGICA, ANATOMICA, ET MEDICA
examinata et allegata.

Antonelli, Medicina Pastoralis, edit. 3.ª, Romae, 1909—n. 17, 45, 85, 246, 256, 257, 288.

— De conceptu impotentiae sterilitatis, Romae, 1900—n. 237, 257, seq.

— Pro conceptu impotentiae et sterilitatis, Romae, 1901—n. 237.

— De mulieris excisae impotentia, Romae, 1903—n. 237, 269.

Beclard, Traité elementaire de physiologie humaine, edit. 5.ª, Paris, 1866—n. 17, 94, 100.

Bergmann, v. Capellmann-Bergmann.

Bichat, Anatomie descriptive, Paris, 1829—n. 17.

Bouillet, Dictionnaire des sciences, Paris, 1859—n. 138.

Calleja, Nuevo compendio de Anatomía descriptiva y general, edit. 5.ª, Madrid, 1878—n. 95.

Capellmann, Medicina Pastoralis, edit. VII, latinarum altera, Aquisgrani, 1890—n. 39, 68.

— et **Bergmann**, Pastoral-Medizin von Dr. C. Capellmann, Königl. Preuss. Sanitätsrat, Ritter des päpstl. Gregorius-ordens-Sechszehnte umgearbeitete und vermehrte Auflage.

Herausgegeben von Dr. W. Bergmann.—Mit kirchlicher Druckerlaubnis. Aachen, 1910—n. 172, 173, 188.

Charpy, v. Poirier.

Duval (Mathian), Cours de physiologie, ed. 2.ª Paris, 1873 n. 101.

— et **Gley**, Tráité elementaire de physiologie, Paris, 1909—n. 92.

De Beauregard *et* **Galippe**, Guide pratique pour les travaux de micrographie, ed. 2.ª, Paris, 1888—n. 92, 98.

Eschbach, Disputationes physiologico-theologicae, ed. 2.ª, Romae, 1901—n. 25, 36, 42, 43, 44, 108, 238, 246, 247.

— De novo quodam sterilitatis conceptu, Romae, 1902—n. 36, 39, 238.

— De essentia impedimenti impotentiae—n. 238.

Lapponi (Dr.), Votum in causa Albinganen.—n. 237.

La Tribuna Médica, Barcelona, 1.º de Febrero de 1910—n. 10.

Le Dentu, Des anomalies du testicule, Paris, 1869—n. 52, 133, 137, 176, 177, 179.

Lyon *et* **Waddell**, Medical Jurisprudence for India, (Fourth ed., London, 1909)—n. 196.

Martin (Edward), *A further contribution to the history of operation on the seminal canal for sterility*. Edward Martin, *Philadelphia*. Reprinted from the Transactions of the Americam Urological Association, 1909.

— *The surgical treatment of sterility due to obstruction at the epididymiis. Together with a study of the morphology of human spermatozoa*. By *Edward Martin*, M. D., J. *Berton Carnett*, M. D., J. *Valentine Levi*, M. D., and M. E. *Pennington*, Ph. D. Univ. of Penna. Medical Bulletin University of Pennsylvania, March, 1902, p. 11—n. 199, seq., 218, seq.,

Millant (Richardus), Les eunuques à travers les âges, Pa-
223, 231.
ris, 1908—n. 174, 175, 179, seq., 189.

Pasteau, v. Poirier.

Poirier, Traité d'Anatomie humaine *par P. Poirier*, Professeur d'Anatomie à la faculté de Médecine de Paris, Chirurgien des Opitaux *et A. Charpy* avec la colaboration de... *O. Pasteau... H. Rieffel...* etc. Deuxième edit. entierement refondue, Paris, 1907—n. 95, 188, 198.

Rieffel, v. Poirier.

Sappéy, Traité d'Anatomie descriptive, edit. 2.ª, Paris 1867-1874—n. 17, 72, 99.

Surbled, Celibat et mariage, Paris, 1900—n. 35, 40, 55, 179, 241.

— Vie sexuelle, Paris, 1900, edit. 6.ª—n. 102.

Testut, Tratado de Anatomía humana, por L. Testut, catedrático de Anatomía en la Universidad de Lyon, 4.ª edición. Revisada, corregida y aumentada. Traducida al español por J. Corominas y Antonio Riera.—Barcelona, Salvat é Hijo, editores (1898-1902?)—n. 95, 198.

Topai, De necessitate uteri in generatione et in matrimonio. In linguam latinam vertit Prof. Joach. Sestili Phil. et S. Theol. Doct. Romae, 1903, edit. altera—n. 179, 190, 196, 237.

Vigouroux, Traité complet de Médicine pratique, Paris (sin año de impresión)—n. 17.

W. Waldeyer, Handbuch der vergleichenden und experimentellen Entwickelungslehre der Wirbeltiere von Dr. O. Hertwig, Jena, 1906—n. 96.

Zambaco, Les eunuques d'aujourdhui et ceux de jadis, Paris, 1911—n. 138, 174, 175, 179, seq. 189, 196.

Zacchia, Quaestiones Medico legales (Lugduni, 1701)—n. 51, 52, 179.

III

OPERA LATINORUM CLASSICA examinata et allegata.

Horatius, Satirarum, libri II (edit. *Lemaire)*—n. 55.

Juvenalis, Satirae sexdecim (edit. *Lemaire)*—n. 132.

Martialis, Epigrammata (edit. *Lemaire)*—n. 55, 132.

Suetonius (Duodecim Caesares), In Domicianum (edit. *Lemaire)*—n. 55.

Terentius, Eunuchus (edit. *Lemaire)*—n. 52.

Valerius Maximus, Dictorum factorumque memorabilium, libri IX (edit. *Lemaire)*—n. 55.

IV

OPERA THEOLOGICA ET CANONICA examinata et allegata.

Acta S. Sedis. (Romae, 1865-1908)—n. 237.

Aertnys, Theologia Moralis, edit. 7.ª, Paderbonae, 1906—n. 238, 282, 284.

Alberti, Theologia pastoralis, Romae, 1901-1905—n. 237.

Laurentius, Institutiones juris canonici, Friburgi Brisgoviae, 1903—n. 238.
Laymann, Theologiae Moralis, Patavii, 1760—n. 30, 38, 192, 289.
Ledesma (Petrus), De magno sacramento matrimonii, Venetiis, 1595—n. 29, 30, 110.
Lehmkuhl, Epistola ad P. Ferreres, 20 Julii, 1910—n. 38, 81.
— Theologia Moralis, edit. XI, Friburgi Brisgoviae, 1911—n. 50, 129, 237.
Leitner, v. Santi.
Lugo, De justia et jure, edit. Vives, Paris, 1868-1869—n. 50.
Marc, Institutiones Theologiae Moralis, Romae, 1911—n. 284.
Mayr, Theologia scholastica, Ingolstadii, 1732—n. 289.
Navarrus, Manuale confessariorum, Vallisoleti, 1589—n. 38.
Noldin, De sexto praecepto, edit. IX, Oeniponte, 1907—n. 35, 38.
— De praeceptis, edit. IX, Oeniponte, 1911—n. 50, 282.
Nouvelle Rev. Théologique, Tournay, 1869, seq.—n. 238, 276.
Ojetti, Synopsis rerum moralium et juris pontificii, Romae, 1909-1911—n. 238.
Palmieri-Ballerini, Opus theologicum morale, edit. III, Prati, 1899-1901—n. 50, 68, 245, 265, 284.
Pius X, Const. Sapienti consilio, 29 Junii, 1908—n. 251.
Rosset, De Sacramento matrimonii, tractatus dogmaticus, moralis, canonicus, liturgicus et judiciarius, Sancti Joannis Mauriani, 1895, 1896—n. 31, 157, 241, 245, 247, 263.
Salmanticenses, Cursus theologiae moralis, Venetiis, 1734—n. 192.
Sanchez (Thomas), De matrimonio, Antuerpiae, 1617—n. 21, 30, 31, 38, 192.
Santi-Leitner, Praelectiones juris canonici, Ratisbonae, 1898—n. 22, 31, 237.
Schmalzgrueber, Jus ecclesiasticum universum, Romae, 1843-1845—n. 21, 30, 31, 112.
Sebastianelli, Praelectiones juris canonici, edit. 2.ª, Romae, 1905-1906—n. 238.
Sixtus V, Constitutio *Cum frequenter*, 22 Junii, 1587 (Bull. Rom. Taur., vol. VIII, p. 870)—n. 22, 105, 131, 164, seq.
Struggl, Theologia universa, Viennae, Austriae, 1744—n. 289, 290.
Scotus, In IV Sententiarum, Parisiis, 1891-1895—n. 46.

INDEX RERUM

Páginas.

Páginas.

Obras del P. Juan B. Ferreres, S. J.

Editadas por D. E. Subirana, Barcelona.

Gury-Ferreres, Compendium Teologiae Moralis, multis additionibus auctum; recentioribus actis Sanctae Sedis, dispositionibus juris hispani ac lusitani, decretis Concilii Plenarii Americae Latinae necnon I Conc. prov. Manilani, earumdemque regionum legibus peculiaribus accommodatum (textu identidem emendato) atque speciali tractatu de Bulla Cruciatae locupletatum. Ad usum scholarum Hispaniae, Lusitaniae, Americae latinae et Ins. Philippinarum. Editio sexta hispana correctior et auctior (1913).—Dos tomos en 4.°, á **18** pesetas en rama y **20,50** encuadernados.

Gury-Ferreres. Casus Conscientiae, novis casibus aucti; recentioribus actis Sanctae Sedis, dispositionibus juris hispani, decretis Concilii Plenarii Americae Latinae ejusdemque regionum legibus peculiaribus acco modati. Ad usum scholarum Hispaniae et Americae Latinae. Editio secunda hispana correctior et auctior.—Dos tomos en 4.°, á **13,50** pesetas en rama y **16** encuadernados.

Mach-Ferreres. Tesoro del Sacerdote, ó repertorio de las principales cosas que ha de saber y practicar el sacerdote para santificarse á sí mismo y santificar á los demás, y á propósito para servir de texto de Liturgia, Oratoria y Teología Pastoral. Décimotercera edición, notablemente aumentada y corregida según los más recientes decretos de las Sagradas Congregaciones.—Dos tomos en 4.°, **11** pesetas en rústica y **13,50** encuadernados.

Editadas por G. Gili, Barcelona.

La Comunión frecuente y diaria y la primera comunión según las enseñanzas y prescripciones de Pío X. Comentarios canónico-morales sobre los decretos *Sacra Tridentina Synodus* y *Quam singulari.* Obra traducida al francés, inglés é italiano. Tercera edición, corregida y aumentada: **2,50** pesetas en rústica y **3,50** en tela.

Las Cofradías y Congregaciones eclesiásticas según la disciplina vigente. Tratado canónico con numerosas anotaciones sobre las terceras Órdenes seculares. Traducido al italiano. Segunda edición corregida y aumentada: **2** pesetas.

Obras del P. R. RUIZ AMADO, S. J.

A los confesores, educadores y padres de familia, sobre La educación de la castidad.—Segunda edición. En 8.°, 220 páginas; 1,50 pesetas en rústica, y encuadernado en tela inglesa, 2,50.

La práctica del púlpito.—Estudios homiléticos, por el canónigo A. Meyenberg, de Lucerna. Traducción de la quinta edición alemana. Un hermoso tomo en 4.°, con XVI y 660 páginas, 8 pesetas en rústica y 10 en tela inglesa.

La piedad ilustrada.—Dirección espiritual para las personas instruídas. Un tomito en 16.°, con 352 páginas, en rústica, 1,25 pesetas, y en tela inglesa con canto dorado, 2.

¡He perdido la fe!—Conferencias sobre la incredulidad. Un tomo en 8.°, con 274 páginas, en rústica, 2 pesetas; en tela inglesa, 3 pesetas.

El secreto del éxito.—Pláticas de quince minutos con los jóvenes de quince á veinte años. Un tomito en 8.°, con 312 páginas, en rústica, 2,50 pesetas; en tela inglesa, 3,50.